



**D. DIONYSII // A RICKEL CARTHVSIANI, // de perfecto
mundi contemptu, // ut pius ita utilissimus heptalo- // gus**

Dionysius <der Kartäuser>

Coloniae, Nov. 1530

De fonte lucis et semitis vite, habet articulos 75.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55472)



MOD. DIONYSII
CARTHUSIANI, DE
fonte lucis, ac semitis vitæ, tracta
tus admodum fructuosus
ac spiritualis.

LVCVLENTISS. IPSI
us auctoris in sequentem libellum
Præfatio.

Osee. 14.



Ibidem. 14

Vis sapiens, & intelliget ista: in-
gens, et sciet hæc: quia rectæ viæ
mini, & iusti ambulabunt in eis:
uaricatores vero corruent in eis.
Verba ista ad literam protulit
ctus propheta Osee, Primo ad
nuãdum difficultatem sui voluminis. Secundo
ad designandam paucitatem intelligẽtium
dicta. Et horum rationem subiungens, adiecit
quia rectæ sunt viæ dei. In quibus iustos affert
ambulatueros, transgressores vero casuros in eis.
Quia & si interim forte in eis cœperint profici
sci; non tamen in eis salubriter perseverant. Por-

Et iuxta mysticum sensum verba hæc rite suscipi
 untur de cognitione idonea triplicis viæ, qua i-
 tur ad fontem beatitudinis, ad vltimum finem,
 ad creatorem omnium deum sublimem & bene-
 dictum: in cuius lympidissima, amorosa, & frui-
 tiua contemplatione omnium mentium crea-
 rum consistit felicitas: quemadmodum ipse testa-
 tur vnigenitus patris æterni, loquens ad patrem,
 Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum de-
 um. Et rursus alibi, Ego sum, inquit, alpha & O,
 principium & finis. De quo Esaias propheta:
 Vere, inquit, in domino deo nostro salus Israel.
 Denique quoniam pauci ad hunc beatissimum
 ac beatificum finem, Deum incomparabiliter
 gloriosum, per rectas ambulant vias, his potissi-
 mum diebus, de quibus dixit Apostolus, Scito
 quod in nouissimis diebus instabunt tempora
 periculosa: & erunt homines amantes seipso, cu-
 pidi, elati, voluptatis amatores magis, quam
 dei. Idcirco ad insinuandum paucitatem intel-
 ligentium efficaciter vias tres, quibus ad altis-
 simum est tendendum; (vt pote viam purgati-
 uam, illuminatiuam, ac perfectiuam) merito præ-
 inductum assumpsi uerbum propheticum. Quis sa-
 piens & intelliget ista, & cætera. Siquidem hæc
 ipsa, quæ de hac triplici via dicentur, non nisi ve-
 re sapientibus innotescunt aut elucescere que-
 unt. Quod si quispiam aliorum se dixerit ea co-
 gnoscere, factis negabit: eritque cognitio eius aut
 nulla, aut certe informis, nuda & arida, atque da-
 mnationis meritoria grauioris: quemadmodum
 ait saluator, Seruus qui cognouit voluntatem do-
 mini sui, & non fecit: plagis vapulabit multis.

Iohan. 17

Apocal. 1.

Hieremi. 2

2. Timo. 3.

Ose. 14

Luc. 12

Præterea omnes iniquos vias domini ignorare
 sacra copiose docet scriptura. Scriptum est enim
Iob. 24 Rebelles lumini nescierunt vias dei. Vniuersi
 in mortali existentes peccato, rebelles sunt lumen
 ni: lumini scilicet increato, deo sancto ac vero,
 rectæ rationis iudicio. Hinc etenim dicit Prophe-
Baruch. 3 ta, Viam sapientiæ nescierunt, nec meminerunt
 semitarum eius. Propterea omnes huiusmodi
 scripturis diuinis insipientes ac fatui appellantur.
Eccle. 1 De quibus Salomon loquitur, Stultorum infir-
2. Cor. 1 tus est numerus. Apostolus quoque, Stultam, inquit,
 fecit deus sapientiã huius mundi. Est quippe
 in talibus vitium puerilitatis, quod quoque stulti-
 tia nuncupatur, veræ ac salutaris sapientiæ con-
 trarium. Nam sicut infantuli poma & pira præ-
 ferunt auro ac gemmis: ita miserimi huius se-
 culi amatores, atque turpissimi immundiciarum ca-
 nalium dilectores summo & incommutabili, ac
 circumscripto & incomparabili bono præeligunt
 ac præponunt ista caduca, vana & vilia: quoniam
 nihil stolidius, nihil irrationabilius, nihil iniquius
 let excogitari. Itaque constat, quam pauci sunt
 racioner sapientes, utpote soli in charitate & gra-
 tia consistentes, quorum cor a mortali immundicia
 est culpa. Quum etenim supergloriosissimus
 us fons sit totius lucis ac sapientiæ: certum quod
Psal. 61 omnes a deo auersi in tenebris atque stultis
Roma. 1 uersantur, Psalmographo concinente: Nescierunt
 neque intellexerunt, in tenebris ambulare. Aposto-
 lus quoque, Obscuratum est, ait, insipiens cor eorum.
 Quum ergo hæc ita se habeant: ego te o charissime
 me mi in Christo cupiens veræ ac salutaris sapientie
 esse alumnum, atque per dei itinera ad veram
 beatitudinis brauium gradientem: propono

auxiliante ac peragente superdulcissimo spiritu sancto, ex tuo amore conscribere aliquid de vijs dei synceris ac splēdidis: p̄sertim de triplici via salubri, qua vera ac sempiterna obtinetur felicitas. Procedamq; breuiter ac succincte quasi pro quotidiano exercitio ista compingens, quemadmodum iam frequenter ac deuote rogasti. Denique ante annos fere duodecim opusculū tibi scripsi de arcta via salutis, & mundi contemptu: nihilominus interim per vias latas, ac tenebrosas ambulasti. Nunc vero maturioris factus ætatis, ac pœnitens corde: sacros in vrbe ex deuotione ordines assumpsisti, proponens posthac sacerdotallyter atq; canonicè conuersari. Et quoniam domino annuente intra dies quindecim primā cantaturus es missam: ego in ea aliquid tibi offerre desiderans, autē vero & argentum non habens, cogitavi charitati tuæ præsens deuotionale exercitium, ac paupertatis meæ opusculum in illa offerre: confidens hoc ipsum probitati ac prudētiae tuæ magis quam nummos aliquot aureos placiturum: affectuosissime precans, vt in eo perseveranter posthac exercearis quotidie, sicut nūc firmiter decreuisti, ne in pristina ruas mala. Ad qđ te multa sane nunc obligant: vtputa canonicatus, sacerdotium, literatura, et alia id genus quā plurima.

Huius
farrago
libelli

De multiplici via, de qua sacra agit scriptura.

Art. I.
S v Interro

Hieremi. 6



Interrogate quæ sit via bona, & ambulata in ea: & inuenietis requiem animabus uestris. Via dicitur motum inter duo extrema. Quædam ergo sunt viæ dei per quas deus ab alijs creaturas, præsertim intellectu-

ales ac rationales, procedit: non locum mutantem sed eis aliquid influendo, aut in ipsis aliquando sponendo, siue iudicia exercendo: sicque processus & influentia, operationes, decreta & executiones dei vocantur viæ ipsius. De quibus per-

Proverb. 8

scientiam, increata ac genita sapientia, quod verbum æternum et vnicus filius dei factus est, minus possedit me initio viarum suarum. De-

Iob. 26

Roman. 11

bus & apud Iob quoque asseritur, Ecce hæc parte dicta sunt viarum eius. Et Apostolus, Quæ incomprehensibilia, inquit, sunt iudicia eius inuestigabiles viæ ipsius. Aliæ sunt viæ dei per rationalem creaturam graditur ac pertigit ad quæ vt sunt diuina præcepta et euangelica Christi filia, opera bona, desideria virtuosa, cogitationes sanctæ, loquutiones fructuosæ, atque aduersa pro deo æquanimiter tolerata. De quibus scriptum est, Iustæ ac veræ sunt omnes viæ

Apocal. 15

Matth. 7

domine deus omnipotens rex sanctorum. Christus quoque in euangelio, Arcta, inquit, est & angusta porta quæ ducit ad vitam. De primis autem vijs ait Propheta, Vniuersæ viæ domini misericordia & veritas. De secundis vero Viastuas domine demonstra mihi, & semitas tuas doce me. Præterea secunda via distincta est, quod vna est via electorum: alia reproborum. De quibus Salomon Proverbiorum quarto, inquit, semita quasi lux splendens per

dit & crescit vsque ad perfectum diem. Via autem impiorum tenebrosa: nesciunt vbi corruunt. Prouer. 4

Via electorum est cōuersatio virtuosa, vita poenitentialis, obseruatio præceptorum, De qua canit Psalmista, Beati immaculati in via, qui ambulat in lege domini. Via autem reproborum est

vita iniqua, cōuersatio carnalis, & intemorata, transgressio legis diuinæ. De qua via ait saluator: Lata est via & spaciola porta que ducit ad perditionem. Porro via hæc electorum recte splendida appellatur ac pulchra. Primo quia ex piissima directione spiritus sancti procedit & eius luce profunditur. In omni equidem actu meritorio indigemus actuali motione ac directione spiritus sancti: qui teste Apostolo operatur in nobis & velle & posse. Secundo, quia ex gratia gratum faciente & charitate (quæ sunt spiritualia lumina mentis) progreditur, atque earum splendore formatur & clarificatur. Tertio, quia ex rectæ rationis iudicio oritur. Omnis etenim actio virtuosa ex deliberata nascitur ratione. Phil. 2.

Quarto, quoniam deo, qui est lux pura ac infinita, supersplendidissimus ac superpulcherrimus omnium finis, nostra corda coniungit. Nempe qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. Et qui adhæret deo, vnus spiritus est cum eo. Quinto, quoniam vitiorum tenebras fugat ab anima, eamque uenustat ac lucidam facit atque formosam; in tantum vt sponsus cælestis loquatur ad eam: Quā pulchra es amica mea, quam pulchra es. Oculi tui colūbarum: absq; eo quod intrinsecus latet. Capilli tui, & c. Et quoniā via impiorum istis luminibus caret, mentem deorinat, obtenebrat atq; a deo auertit, eam quoque

damno

1. Ioan. 4
1. Corin. 6
Cantico. 4

- dæmonum efficit mansionem, & ad infernales
 trahit caliginem: idcirco rite tñbrofa vocatur.
 Iuxta illud Hieremiæ, Via impiorum quali-
Hierem. 23 bricum erit, in tenebris impellètur & corrumpetur
 ea. Sed quæri potest quomodo via impiorum
 nebrosa feratur in tantum vt impij quoque
 gnorare dicantur, quum aliqui ex certa scientia
 & ex deliberata ratione atq; proposito peccant.
Ibidem. 4 qui teste Hieremia, Sapientes sunt vt facti
 la, qui quasi de industria recedunt a deo, quum
 q; sciunt se mala agere, & ea ad quæ tenentur
 gligere, in profundum etiam cadere vitiorum
 promereri supplicia infernorum? Et responde-
 dum, q; iuxta theologos atq; philosophos
 peccans ignorat, errat, maleq; iudicat. Quum
 si bene iudicet in communi: non tamen in parti-
 culari: imo passione, ignorantia, aut malitia
 tionis suæ iudicium in certis agendis seu iudi-
 dis corrumpitur, excæcatur, ac deprauatur.
 lum sub specie alicuius boni acceptat. Idcirco
Dionysii. uinus Dionysius protestatur, q; nullus ad malum
 respiciens agit. Et Sapiens, Omnis, ait, vult
Prouer. 21 recta sibi videtur. Et rursus, Stultis illud patitur
Ibidem. 14 tum. Item, Excæcavit, inquit, eos malitia
Sap. 2 Insuper tertia viæ distinctio est, quod quædam
 via intrinseca & formalis, ut actio bona
Iob. 31 la. De qua sanctus Iob profitetur, Deus cor-
 rat viam meam, & omnes gressus meos diriget
 rat. Alia est via extrinseca obiectalis. Sic
Iohan. 14. us dei asserit de seipso, Ego sum via, veritas
 vita. Et Esaias loquitur Israeli, Præbuitis do-
 tuum viam omni pertranseunti. Quarta
 ctio est, q; quædam est via euidenter mala
 vero est via apparenter seu uerisimiliter bona.

tamen ueraciter mala. De qua apud Sapientem legitur, Est via quæ uidetur homini recta: & nouissima eius ducunt ad mortem. Hæc uia solet & bonos decipere: quoniam quedam sunt vitia quæ virtutes esse putantur: ut immoderatus rigor, iusticia, remissio, pietas, dissolutio, hilaritas, ac recreatio bona. Sic quidam persuadent sibi ecclesiasticorum pluralitatem beneficiorum licere, ut valeant hospitalitatem & cætera misericordiam opera copiosius exercere: non attendentes, quemadmodum, diuino Dionysio edocente, bonum opteat esse ex integra causa: nec bona malis permixta deo placere, nec eleemosynas de rapina esse acceptas, nec opera pietatis quæ in diuini cultus vergunt minorationem ac derogationem, & in ecclesiæ dememorationem, defunctorumque destitutionem deo grata consistere. Sic miseri decipiunt semetipsos. Postremo quinta uiae distinctio est, quod triplex est uia salubris. Prima est uia purgatiua, Secunda illuminatiua, Tertia unitiua seu perfectiua. De qua uia triforimi in præfati opusculo tractare nostra stat sententia.

Qualiter dominus noster Iesus Christus sit uia purgatiua, illuminatiua, et perfectiua.

Art. I I.

Nus est mediator dei & hominum, homo Christus Iesus. Dominus Iesus Christus, qui in unitate personæ est uerus deus et uerus homo, secundum suam deitatem est finis noster: & secundum suam humanitatem est uia ad ultimum finem. Propter quod dixit, Ego sum uia. Nemo uenit ad patrem nisi per me. Et alibi, Ego (inquit) sum ostium: per me si quis introierit, saluabitur.

Prouer. 14

Dionys.

Esa. 61

1. Tim. 2

Iohan. 14.

Idem 10.



trahitur. Ipse equidem est via obiectalis et exemplaris, quum sit exemplar rectissimum quod nobis proponitur imitandum, sicut in prima sua epistola Iohannes scribit Apostolus, Qui se in Christo manere, debet sicut ille ambulavit, ipse ambulare. Vnde & beatissimus prior apostolorum testatur: Christus passus est pro vobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Et ipsemet Christus est loquutus quis mihi ministrat, me sequatur. Sic itaque Christus est via inter fontem beatitudinis nostrae vnum ac trinum, qui est omnium summus vertex ac vltimus finis: & inter vsatores mortales, videlicet homines quos deo reconciliavit, propter quod dei & hominum mediator perhibetur. Denique Christus est via purgatiua quae dicitur in ratione. Primo, quoniam suis terribilibus damnationibus, iustissimis increpationibus, & sanctissimis documentis a peccatis nos retrahit, emendat: vt quum in Euangelio ait, Nil peccati tertiae megeritis, omnes simul peribitis, Et in Idem. 12. Eum timete qui habet potestatem & corpus animam perdere in gehenam. Item in Matth. 25 his qui a sinistris erunt: Discedite a me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Secundo, quoniam suae sanctae conversationis exemplis ab immundiciae nos reuocauit, eripuit & purgauit. Vnde in Ioannis 8. ait, Qui sequitur me, non ambulat in tenebris. Tertio, quoniam suae saluificae passionis merito totum redemit genus humanum a peccatis, sicut in Apocalyp. 1. Christus dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Et Esa. quinquagesimo

Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras
 attritus est propter scelera nostra. Quarto, quo-
 niam per sacramenta Ecclesiæ suos fideles pur-
 gat quotidie. Sacramenta nanque a Chri-
 sti passione purgandi ac sanctificandi vim sorti-
 untur: suntque vasa medicinalia, quibus anima-
 rum languores curantur. Amplius, Christus est
 via illuminatiua. Primo, quoniam Euangelicæ
 legis sapientia nos instruxit, ac diuinorum con-
 templatione edocuit, Iuxta illud Iohannis, Erat *Ioh. 1.*
 lux vera quæ illuminat omnem hominem veni-
 entem in hunc mundum. Hinc rursus in epistola *1. Ioan. 7*
 sua Iohannes, Scimus, ait, quoniam filius dei ve-
 nit & dedit nobis sensum, vt cognoscamus ve-
 rum deum. Vnde & ipse loquitur deo patri: Ma *Iohan. 17.*
 nifestaui nomen tuum hominibus. Secundo, quia
 a Christo tanquam a capite dona gratiæ & lu-
 men sapientiæ descendunt in membra ipsius vir-
 tute ac merito suæ sacratissimæ in hoc seculo vi-
 tæ ac passionis: quæ totæ nobis fuerunt meritorie.
 Idcirco apud Iohan. habetur, Gratia & veritas *Iohan. 1.*
 per Iesum Christum facta est: & de plenitudine
 eius oēs accepimus. Insuper Christus est via per-
 fectiua: Primo, quoniam legem totius perfectio-
 nis plenitudinē continentem donauit, perfectam
 charitatem præcepit, omniumq; consummatio-
 nem virtutum monstrauit. Ipse quippe est legis
 summus, in cuius lege omne malum abigitur, om-
 ne bonum docetur. De quo illud Iob tricesimo
 sexto verissime perhibetur, Ecce deus excelsus
 in fortitudine, & nullus ei similis in legislatori-
 bus. Nimirum qui deum toto corde, tota mente, to-
 ta anima, totisq; viribus docuit & præcepit esse *Matth. 23.*
 amandum; nec solum amicos, sed etiam inimi-
 cos dili-

- eos diligi iussit, & inter cetera quoque dixit. Et
Mat. 5. te perfecti, sicut & pater vester celestis perfectus
 est. Secundo, quoniam veram ac plenam nobis
 beatitudinem meruit, ut ultimo fini immediato
Ioan. 10. nos iungit. Propterea dicit, Ego vitam aeternam
Idem. 17. do eis. Et rursus ait ad patrem, Pater quos des-
 tisti mihi volo ut ubi sum ego, & illi sint mecum
 ut videant claritatem meam. Tertio, quia per
 ceptis decalogi euangelica adiecit consilia: per
 obtinetur charitas ardentissima, puritas summa
 perfectio vera, & futurae beatitudini in hac
 quantum possibile est propinquatur. Quarto,
 nam charitatem & omnem virtutem perfec-
 sime adimpleuit, prout ipse protestatur. **Mat.**
Eodem. 15. hac charitatem nemo habet, ut animam sal-
 nat quis pro amicis suis. Quinto, quoniam
 dentissime nos amando & tanta pro nostra
 te agendo ac sustinendo, ad sui amorem au-
 uinae charitatis feruorem nos maxime pro-
 uit, & quantum in ipso est inflammavit. **Quo-**
Gala. 2. perpendens Apostolus, In fide, inquit, viu-
 dei: qui dilexit me & tradidit semetipsum pro
 Hinc lex euangelica dicitur lex amoris. In
 Christus est via purgatiua in quantum factus
Luc. 19. iuxta illud. Venit filius hominis quaerere & sal-
 uum facere quod perierat. Sicque competit
 nomen Iesus, Angelo ad Ioseph loquente. **Mat.**
Matth. 1. bis nomen eius Iesum: Ipse enim saluum facit
 pulum suum a peccatis eorum. Est autem
 stus via illuminatiua in quantum magister
Mat. 23. ctor: prout de seipso in euangelio factus est. **Ioan.**
Ioan. 13. est magister vester Christus. Et ite, Vos voca-
 me magister & domine, & bene dicitis: sum-
 nim, Sicque merito consiliarius appellatus est.

ut prophético hoc prædictum est præfagio, **V**ocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius. Ipse *Esai. 9.*
 demum est via perfectiua, in quantum sacerdos
 & pontifex ardentissimusq; amator. De quo in
 prima sua ait canonica summus apostolus, *Con 1. Petri. 3.*
 uersi estis ad pastorem & episcopum animarum
 uestrarum. Ordo autem pontificalis præsertim
 est perfectiuis, ut magnus Theologorum prin-
 ceptus Dionysius loquitur. Sicq; competit Christo *Dionys.*
 ut pater futuri seculi & princeps pacis vocetur: *Esai. 9.*
 quemadmodum apud Esaiam legitur prophe-
 tarum.

Quid sit via purgatiua formalis,

Art. III.

ER vnum hominem peccatum in
 hunc mundum intrauit: & per pec- *Roma. 3.*
 catum mors. Quemadmodum sa-
 cra docet scriptura: deus ab initio fe-
 cit hominẽ rectum, quia hominem
 protoplastum in originali creauit
 iusticia: per quam caro spiritui, sensitua pars ra-
 tioni, & ratio deo in omnibus prompte & absq;
 renisu fuit subiecta. Sed primo parente diuinum
 transgrediente præceptum, caro spiritui mox coe-
 pit esse rebellis, & sensualitas rationi, ac rō deo.
 Hinc omnes in originali nascuntur peccato: &
 fomes peccati manet in nobis: et caro contra spi-
 ritum concupiscit, & vulnerata sunt ratio ac vo-
 luntas, atque ad omne malum sumus procliuēs,
 ad resistendum quoq; infirmi. Indigemus ergo in
 primis, ut in via nos purgatiua exerceamus: q̄-
 tenus a cunctis vitijs expurgemur præteritis, &
 innumerabilia vndiq; vitemus peccata, atque
 a vitiõrum reliquijs emundemur; utputa a pro-
 nitã

nitare & inclinatione ad culpas: sicq; ad origi-
 nalis iusticiæ redeamus cõformitatem. Est igitur
 via purgatiua exercitium & conatus seu occupa-
 tio, qua tanquam per iter ac medium ad uiciorum
 expulsionem, ad passionum & concupiscentiarum
 refrenationem, ad omnium affectionum animæ
 reformationem, ad cordium sensuumq; custodiam,
 ac omnium euitationem culpæ studium, ac conamus.
 Hoc est, plane non conformemur huic seculo nequam,
 exuere veterem hominem, atq; in interiori homine
 reformari, corpus castigare & in spiritus seruitutem
 redigere, ac cibum quoq; pœnitentiæ digne insisterere:
 sicq; animæ purgationi ac puritati inuigilare,
 intendere, rememorari. Nempe quum dominus deus
 noster sensibiliter sanctus & interminabiliter purus
 nus, verus, ac sapiens: animam puram ac virtuosam
 & sapientem requirit, amat, amplectitur: nihil
 quicquam ab eo nos separat, & ab eius gratia
 impedit, nisi peccatum, per quod creatori nobis
 dissimiles, odibilesq; efficiuntur. Hinc igitur
 a peccatis emundari, & ea spiritus vitæ operari
 tet. Sicuti testatur Esaias. Hic est omnis fructus
 ut auferatur iniquitas. Et Sapiens, Odio sunt
 impius & impietas eius. Vnde Psalmogra. Cuius
 stis, inquit, omnes qui operantur iniquitatem.
 denuo ait scriptura, Neminem diligit deus nisi
 cum sapientia inhabitat. Veruntamen quæ
 tidie heu peccamus, & in multis offendimus
 omnes (nam & iustus septies cadit) propter
 reuera vniuersæ iusticiæ nostræ tanquam pœnitenti-
 sunt menstruatæ: hinc quotidie in via hac purgati-
 tiua nos exercere debemus: quæ admodum in be-
 clesiastico legitur, Fili peccasti, ne adicias iterum

Roma. 12.

I. Corin. 9

Esai. 6.

Sapient. 14

Psalmo. 5.

Sapient. 7

Iac. tertio

Proue. 24

Esaiæ. 64

Ecclesi. 21.

Sed de p̄teritis deprecare vt tibi remittant̄. Nunc
igitur practica huius uiæ breuiter est tangēda

Qualiter in via purgatiua debeamus nos
quotidie exercere. Art. IIII.



Auamini, mundi estote, auferte ma
lum cogitationum uestrarum ab o-
culis meis, & discite bene agere, ait
dominus. In om̄i peccato inueniun-
tur plarumq; duo. Primum, est men-
tis auersio a summo & inuariabili

Esai. r.

bono deo altiss. & immenso. Secundum, est cōuer-
sio mentis ad bona creata, caduca, vana, fœda,
ac uilia. Ratione primi peccator deum maxime
inhonorat ac paruipendit, cui tam vana ac vi-
lia præponere ac præligere non veretur. Ratio-
ne secundi inordinate atq; illicite delectatur in re-
bus creatis ac vanis. Et ratione vtriusque debe-
tur homini pœna pro culpa sua. Nam ratione a-
uersionis suæ a deo debetur ei pœna damni: vide-
licet diuinæ ac beatificæ visionis carentia. Rati-
one vero secundi debetur eidē pœna sensus, hoc
est, infernalis incendiij cruciatus. Hinc volens in
via purgatiua se exercere, & a ceteris pœnitere atq;
purgari, & a vitijs præseruari: tria per ordinem
facere debet. Primo etenim pro dei cōtemptu &
paruipensione debet seipsum summe ac profun-
dissime humiliare, deicere, aspernari, omniq; cō-
fusione ac pœna dignissimum arbitrari: & tanto
plus, quanto omnipotētem & incomparabilem
dominum maiestatis grauius frequentiusq; of-
fendit. Deum quoque toto corde debet extollere
ac laudare. Secūdo pro sua libidinosa ac vitiosa
delectatione quā habuit in peccādo, debet p̄cor-
dialē dolorē ac verā condignā ac proportiona-

T q̄ tam

tam contritionem assumere. Vt quo enormior
 ac plura fuerint ipsius peccata : eo intensior con-
 tritio sit atque præcordialior dolor. Quia, ut
Hierony tur sanctus Hieronymus, oportet vt cōtritio pe-
 catum adæquet seu ei proportionetur : quatenus
Deute. 29 magnitudinē multitudinēq; culparum corre-
 deat magnitudo doloris: ac per hoc tanto inten-
 sior habeatur dolor de peccato, quā de quocumq;
 corporali damno temporaliq; nocumento: quia
 to malum culpæ maius est malo pœnæ, & q̄to
 mnabilius est ac infelicius bonum increatum
 mensum quam temporalia amisisse: q̄to item
 terius est animam vulnerasse & pœnā æternā
 promeruisse, q̄ corporale dānum siue incommo-
 dū incurrisse. Quod nō est absolute incommo-
 si sapienter attendatur aut æquanimit̄er tolera-
 tur, imo tunc spiritaliter ac multipliciter prode-
 Tertio, pro pœnis quæ suis debentur peccatis
 ipsum spontanea pœnitudine castiget, & cor-
 ac corrigi humiliter sinat, atque ad sui arbitrii
 cōfessoris ac iudicis satisfacere nō omittat. Ita
 volens purgari, deo reconciliari, placere, vni-
 ponat se quotidie bis aut ter dū amplius sibi ve-
 cat, præsertim sero aut nocte, coram iudice
 mo in loco secreto & quieto: & seipsum discul-
 ens ac mala præterita ad memoriam reuocans
 deum cum profunda humilitate, cordiali con-
 tritione, & vera ad satisfaciendum promptitu-
 dine alloquatur sic, dicendo aut meditando:

Oro pec **O**mnipotens & æterne ac benignissime do-
catoris tor meus & redēptor animæ meæ. ecce ego sum
 impijssimus, vilissimus, ac nequissimus ille pec-
 cator totus abominabilis, contemptibilis, & in-
 curabilis.

miserimus, omni bruto uilior ac dererior peccan-
 do effectus, qui tam enormiter ac frequenter, tam
 audaciter & imprudenter tuam maiestatem at-
 que presentiam inhonorauit, tuam sanctitatem
 offendi, tuam bonitatem, charitatem, & piera-
 tem contempsi, tua precepta transgressus sum,
 tuis donis abusus sum, tuis beneficijs ingratissi-
 mus fui. A te deo meo deo totius salutis meę cor-
 meum auerri, & quotidie tam sum culpabilis
 negligensq; illa & illa peccata commisi, & tot
 bona omisi. Tunc specialiter recordetur, penset,
 ac ponderet aliqua sua peccata grauiora, & que-
 dam etiam quotidiana, & dicat: O saluator &
 miserator piissime, tu scis quę enormiter in hoc &
 in hoc tuam sanctitatem offendi. Et si in pecca-
 tis excessit carnalibus: illorum recordationi non
 diu immoretur, ne aliqua sibi tentatio, titillatio,
 aut delectatio inde nascatur: Sicq; ad cuiuslibet
 peccati recordationem specialiter, atq; pro omni-
 bus gñaliter intime doleat, gemat, suspiret, pe-
 ctusq; suum cum publicano percutiens, & p̄ ve-
 recundia ac rubore turpitudinis ac malitię vitio
 rum suorum oculos ad cælum leuare nõ audens,
 dicat ex corde istud cum Esdra, Deus meus con-
 fundor & erubescō leuare faciem meam ad te: qu-
 niam iniquitates meę multiplicatę sunt sup ca-
 put meum, & delicta mea creuerunt vsque ad cę-
 lum. Et illud, Deus propitius esto mihi peccato-
 ri. Itemq; Quoniam iniquitates meę supergres-
 sę sunt caput meum: & sicut onus graue grauate
 sunt super me. Interea peccata sua recogitando
 modo præacto, consideret diligenter circũstanti-
 as, & omnia ex quibus grauantur peccata: vide-
 licet locum, tempus, modum, frequentiam; & si

Luc. 18

1. Esdr. 9

Luc. 18

Psal. 37

T iij fuit

D. DIONYSI. CAR.

fuit in sacris beneficiatus, aut literatus, seu aliis
præsident, seu ex proposito & certa scientia pec-
cans. Denique his peractis genua flectens aut vo-
to corpore se in terram prosteruens, manibus si-
mul iunctis aut in formam crucis extensis, oret pro
plena remissione his aut consimilibus verbis.

Oratio **O** Misericordissime deus summe amabilis, pre-
stantissime ac super omnia desiderabilissime
domine Iesu Christe, propter infinitam bonitatem,
charitatem & misericordiam tuam, per omnia
quæ pro mea salute assumpsisti, egisti ac passus
es, per tuam benedictam incarnationem, sanctissi-
mam in hoc mundo conuersationem, amarissi-
mam passionem, per tuam charissimam geniti-
cem, dulcissimam ac benignissimam virginem
Mariam, per omnium sanctorum ac deuotorum
preces ac merita ignosce mihi grauissimo atque
viliissimo peccatori et gratiam tuam piissimam
mihi infunde, per quam deinceps omnia pecca-
ta deuitem, timorate & virtuose me coram te ha-
beam, neque deinceps mentem meam miseritiam
a te deo meo auertam. Preterea ut peccator in te
ipso contritionem & compunctionem accendat
validius, potest sibi manus suas instar furis liga-
re, seu eas in dorsum reflectere, & coram altissi-
mo sic stando dicere, Ecce o deus gloriosissime
dex æterne ac metuende, ego sum ille pessimus
tro, & iniustissimus fur, qui toties peccando & al-
ios scandalizando propriam animam aliorum
que animas interemi, & eas tibi creatori ac salu-
tatori suo nepharie abstuli atque dæmonibus tra-
didisti. Sicque fructum passionis & sanguinis
quantum in me fuerat, impediui: ac superbiendo
gloriam & honorem, quæ tibi soli debentur, per
craige

erilege vsurpau, & super arenam peccaui. Et ista dicēdo ex præcordijs doleat, lachrymas fundat, seque non satis dolere pœniteat: pro gratia quoque condignæ contritionis diuinam deprece tur clementiam. Quibus iam completis proponat se firmiter emendare, occasiones peccādi vitare, opportuno tempore confiteri, satisfacere, se que in omnibus custodite habere.

De prosequutiōe exercitiū huius: & de vigi lanti consideratione beneficiorum dei gñā lium ac specialium.

Art. V.



Vstodi temetipsum & animam tuam solcite: ne obliuiscaris verborū domini cunctis diebus vitæ tuæ. Deute. 4

Quoniā vulnera repetita sunt grauiora: & post indultam veniam recidiuare, maioris peruersitatis est & ingrati tudinis: idcirco non sufficit se modo præfato accusare, exercere, veniam gratiāque postulare: nisi post illa sit homo iugiter custoditus & indefesse solici tus ne dominum maiestatis rursus offendat. Pro pterea est necesse vt omnipotētis præsentiam & eius districtum iudicium incessabiliter penset, in teriores & exteriores suos custodiat sensus, verba vitet illicita, motus passionum refrenet, nemi nem scandalizare & omnes ædificare conetur, opusque dei faciat reuerenter, quum sit maledi ctus q̄ facit hoc negligēter: in cibo potu somno vestitu sit moderatus, atq; in cūctis sit recta eius intētio. In his atq; sibi ad suā vocationē spe ctātibus, & q̄ deus ab ipso requirit se habeat pse uerāter, fructuose ac strenue. Et q̄a ī dei itinere nō

Hiere. 43

T **iii** profi-

Gregori⁹ proficere est deficere: studeat omni die in virtutibus crescere, in gratia stabiliri, in deuotione firmari. Quod si ad modicum tēpus sic egerit: magnum indubitanter experietur profectum, tranquillitatem, atq; dulcedinem mentis (vel nōnam quam certe) in deo. Sed quia hæc adimplere non est fragilitatis humanæ: idcirco dei auxilium inuocare non cesset, atq; ad resistendum omni temptationi sit semper paratus. Præterea quoniam diligens consideratio beneficiorū dei, non solum contentitatem excitat, auget, accendit: sed desperationem quoque repellit, ac præstat fiduciam, & cordialem vitiorum detestationē inducit, eamque facit amplius ponderare eorumq; grauitatē clarius intueri: ideo vt peccator excessuum suorum enormitatem acutius cernat ac penetret, detestetur & odiat, nec tamen desperet, sed respiret, ac confidat in domino: expedit valde vt beneficia dei corporalia ac spiritalia, naturalia & supernaturalia, generalia & specialia viuaciter recordetur, ac dominum taliter alloquatur. *Osanna*

Oratio,

& gratiosissime ac superdulcissime deus, quibus mihi retribuam pro omnibus quæ mihi ingratiūmo contulisti? Tu enim ex nihilo me plasmast, non lapidem aut bestiam: sed rationalem me creaturā fecisti, tua imagine & similitudine me condecorans ad baptismi gratiam perduxisti: in quo me animam non solum ab originali mundasti peccato: sed gratia ac virtutibus etiā eam ornasti. Tu usq; in præsens me conseruasti in esse, & contulisti necessaria vitæ, atq; a plurimis prælestis periculis, meq; tam diu in meis sustinulisti calamitatibus. & quotiescunq; poenitens veniam postulauī, tu misericordissime indulxisti, & semper

bona pro malis retribuisti. Quumq; complures
 iam æterna damnatione percusseris, qui multo
 minus peccauerunt quam indignissimus ego, &
 qui minora quam ego dona susceperunt a te: mi
 hi tamen pepercisti hucusq; & post tot ac tanta
 facinora me ad gratiam, poenitentiam, et illumi
 nationem hanc perduxisti, sacris literis instruxi
 sti, donaq; varia contulisti. Insuper tu pater eter *Gal. 4*
 ne vnigenitum filium tuum pro mea salute misi
 sti in mundum: incarnari, inter homines conuer
 sari, predicare ac crucifigi hunc voluisti: eius pre *Iohan. 6.*
 ciosissimo corpore & sanguine nos reficis inces
 santer: sed & spiritum sanctum fidelibus infudi *Ibidem. 20*
 sti ac contulisti. Tu quoq; vnigenite patris æter
 ni tot & tanta pro nri saluatione assumere, ope
 rari, ac pati dignatus es, & teipsum in sacramē
 to nobis ita impēdis, atq; per angelos sanctos et
 homines præsidentes tuos vicarios nos semp cu
 stodis, & a multis ac magnis retrahis vitijs. Sed
 o benignissime deus quāto maior est dilectio, di
 gnatio, beneficentia tua circa me: tanto heu in
 gratitudo mea est grauior, & prauitas mea inex
 cusabilior atque deterior. Veruntamen quoni
 am tantum nos dilexisti, tanta pro nobis fecisti,
 ac tolerasti, tam clementissime nos preuenisti, tā
 diu in vitijs sustinuisti, nuncque ad istam me re
 cognitionem ac poenitentiam ex tua pietate im
 mensa duxisti: desperare nec possum nec audeo,
 præsertim quoniam tu ipse desperationem vehe
 mentissime prohibuisti: & qui desperat, tuæ bo
 nitati ac pietati incircumscriptibili maxime de
 rogat, cum ipsa in infinitum sit maior, quā omnis
 malicia, culpa, ingratitudeq; nostra. Quamuis
 ergo o deus sanctissime, tam dire peccauerim,
 T V ut omni

vt omnium creaturarū tuarum vſu & obſequio ſum indignus, imo hoc miſiles promerueri ut cōtra aduerſum me creata conſurgāt, & ſui in creatoris vlciscantur iniuriam: non tamen deſpero nec deſperabo: ſed in tua pietate & miſeratione infinita reſpiro, in tuæ benignitatis abyſſum me modo projicio, in Chriſti vulneribus me ira tua abſcondo, per omnia quæ ipſe pro me agit ac pertulit miſericordiam & ſalutem conor qui obſecro, tibi poſthac inauertibiliter adhaere, ſubdi, ſeruire propono.

De frequenti & affectuoſa meditatione dominicæ paſſionis: & quibuſdam generalibus remedijs atq; auxilijs contra tentationes & vitia.

Art. VI.

Tren. iij.



MEMORIA memor ero, & tabescent me anima mea. Sicut philoſophi dicunt, ex actibus ſepe iteratis generatur habitus ſeu conſuetudo, quæ eſt velut altera natura: quia per eam bene promptiſſime atq; delectabiliſſime operatur. Vt ergo ſemper habeamus ad memoriam de Chriſti paſſione promptiſſime meditari, quoque oculis cordis amoſe, fruſtuose, effuſiterque inſpicere: aſueſcamus eam quotidie diligenter ac plene recolere, ac taliter imaginari quaſi realiter & principaliter Chriſtum pro nobis pati, crucifigi, ac mori intueamur: vt ſic cum intima recordemur compaſſione. Ita que

Matth. 29
Mar. 14.
Luc. 22
Iohan. 13

tendamus quem admodum filius dei agnus miſiſſimus, deus & homo, creator, ſaluator & creator noſtri poſt cœnam nouiſſimam, & triniſſimam orationem, ac maximam contriſtationem, &

tremefactionem atque sudorē sanguineum a cru-
 delissimis, impiissimis ac vilissimis illis satelliti-
 bus est captus, ligatus, impulsus, distractus, & ad
 domum Annæ & Caiphæ ductus, & ibidē ocu-
 lis velatus, consputus, percussus, blasphematus,
 & morti addictus. Deinde tanquam latro præsi-
 di impio uinculis constrictus, præsentatus, falsis-
 sime accusatus, ad Herodem missus, ab illo alba
 veste illusus, præsidique remissus, nudatus, colu-
 mnæ alligatus, flagellisq; laceratus, spinis coro-
 natus, arundine casus, purpura quoq; irrisus, ac
 rursus consputus, blasphematus, & sacro vultu
 beato cruore perfusus. Post hæc morti turpissime
 adiudicatus, et ad eam proprijs humeris crucem
 baiulans ductus, cruci affixus, inter latrones su-
 spensus, per manus ac pedes diris clauis perfos-
 sus, aceto & felle potatus, lancea perforatus, suæ
 dulcissime matri ineffabiliter nimis compassus,
 acerbissima et ignominiosissima morte occisus.
 Intueamur quoq; quam patientissime, mansue-
 tissime, quam silenter, quam amorese, quam-
 que humillime omnia ista sustinuerit dominus Je-
 sus Christus: qui quasi ouis ductus est ad immo- ^{Esa. 53}
 landum, & quasi agnus coram tondente obmu- ^{Petr. 2}
 tuit: qui cum malediceretur, non remaledicebat:
 quum pateretur, non cōminabatur. Præterea cir-
 ca hanc Christi passionē pōderare debemus, q̄s,
 qualis, & quantus sit ipse qui ista perpeffus est.
 Item a quibus, & qualibus, & pro quibus, & q̄
 loco ac tempore, quo fructu & fine. Non em̄ qui-
 eunq; sed vnigenitus dei verus deus & v̄us hō,
 dñs virtutū rex gloriæ ista pro nobis est passus a
 populo vtiq; olim peculiari, in regia vrbe, in so-
 lennissimo die corā multis milibus hominum.
 Quæ

**Recordo
passionis
Chri cō
sulicur.**

Quæ omnia si diligenter pensentur, non mediocriter augent compassionem, accendunt amorem, ædificant meditantem. Denique hæc dominice meditationis passio valde iusta, virtuosa ac lubrica est. Primo, quoniam charitas qua Christiani amare tenemur & virtus gratitudinis exigunt, ut eorum quæ pro nobis Christus fecit ac tulit, participemus. Alioquin siquid inerte essemus, grati: quum beneficiorum obliuio pars ingrætitudinis dicatur maxima. Secundo, quoniam passio Christi est velut liber conspicua relucens doctrina, in quo vniuersæ virtutes compendiosissime ac optime addiscuntur: videlicet charitas maxima, quia pro nobis hæc pertulit dominus & vitam suam dedit pro ouibus suis: patientia maxima, quoniam tot & tanta ferendo, nulla indinata tristitia, nullo dolore, nulla turbatione contra suos motus est hostes: humilitas profundissima, quod in nullo se extulit: sed corde, verbis, moribus mansit humillimus fortitudo firmissima, quoniam mortem suam amarissimam constanti ac solido pertulit animo. Tertio, quoniam passio Christi memoria est contra omnes vitia.

Iohan. 10,

Nota:

tationes, vitiorumque acies, contra vanitatem, voluptates ac pompas fortissima armatura, victum remedium, maximumque subsidium. Quis enim ita incontinens qui Christi passionem memorando corde non se refrenet? Quis ita ambitiosus, superbus, & vanus, qui eius contumelias, iniurias, blasphemias, aspernationes, & profundissimam ipsius humilitatem pensando deprimat animum? Quis tam iracundus, gulosus aut cupidus, qui Christi humilitatem, paupertatem, nudationem, paupertatem, acetosam vitam

leam potationem considerando non compungatur? Ita que in omni tentatione, præsertim carnali, in omni commotione iræ, superbix, gulæ, aliorumque vitiorum dominicam passionem cordi nostro obijciamus, imprimamus, intueamur. Sicque omnes inutiles fantasticas vitiosas occupatiões, cogitationes, affectiones nostris a cordibus propellemus. Sunt insuper alia cõtra tentationes & vitia quædam communia vigorosa remedia: ut puta feruens ac frequens orõ, iuxta illud in Psalm. 117. Laudans inuocabo dominum, & ab inimicis meis saluus ero. Quatuor quoque nouissimorum meditatio cordialis: iuxta illud, In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternũ non peccabis. Item, occasiones peccandi ac occiduitare, videlicet locũ, tempus, munuscula, incautos aspectus, indecentes attractus, vana colloquia. Diligens quoque occupatio in scripturis: sed & inuocatio virginis gloriosæ & angeli proprii custodis atque sanctorum, ad quos maiorem quæ habet dilectionem ac deuotionem: multaque alia de quibus alibi diffusius scripsi.

Qualiter sacerdos ante celebrationẽ, in celebratione, & post celebrationem habere se debeat.

Art. VII.



Laudabo inter innocẽtes manus meas: & circumdabo altare tuum domine. Qualis debeat esse conversatio sacerdotũ euangelicę legis, Paulus apostolus in epistolis suis (videlicet ad Timotheum, atque ad Titum) describit. Nempe quod ibi de episcopis loquitur, de sacerdotibus quoque maxima ex parte est intelligendum.

Psalm. 117

Eccl. 7.

Psalm. 89

2. Tim. 1.
Titum, 1.

dum secundum omnes doctores: & de hoc
 creto plenissime pertractatur, imò ex euangeli-
 o comprobatur quod sancte debeant viuere. Nam
 quam virtuosa & exemplaris debeat cuiuslibet
 Christiani consistere vita, euangelica pandit
 citina. Christianus namque a Christo nomen
 tur: nec vere ac digne Christianus quis dicitur
 si qui Christi vestigia sequitur, discens a saluatore:
 quia mitis est & humilis corde: qui amicos
 suosque diligit, qui omne mortale fugit per-
 tum, & vniuersa dei atque ecclesie implet pre-
 cepta, qui habens victum & quibus regatur
 contentus est: qui conuersus ut paruulus factus est
 simplex, pius, iustus & innocens, superfluitate
 pompam & vanitatem in vestitu apparatusque
 vitans, castus, sobrius, hospitalis. Porro
 dotes pre vulgo tanto laudationis & exem-
 plaris vite esse tenentur: quanto in sublimiori
 gradu ac ordine. Et quoniam superdignissime
 eucharistie sacramentum quotidie confu-
 tractant, offerunt, sumunt: oportet eos omnino
 ac diuine consistere vite: ut spiritualis
 amoris sint pleni, & circa diuinissimum sacra-
 tum prorsus intenti, ne pollutis id manibus
 contendant, nec ore accipiant inquinato. Populus
 que nequaquam prebeant occasionem minu-
 gne se habendi ad supernaturalissimum sacra-
 tum angelicis spiritibus formidandum. Vnde
 ista materia tot & tanta iam in alijs scripturis
 lis: ut tedium pariat plura nunc inde continen-
 re. Nihilominus ut breuiter quedam tangere
 sandum, quia ut S. asserit Augustinus in omni
 ficio sunt quatuor attendenda. scilicet quis, quid,
 quare. Sacerdos ergo antequam ad celebrandum

i. q. r. cap.
 per Esaiam.
 40. d. c. an
 te omnia.
 31. q. 4. ca.
 Christia-
 no.

Matthe. 11

1. Timo. 6

Gene. 14.

Deuter. 21

2. Paral. 6.

Psal. 111.

Esa. 61

Hierem. 18

Malaca. 2.

Apoca. 20

Ose. quar

Malach 1.

Augustin.

procedat penset hæc quatuor. Primo quis sit ipse qui celebraturus est. Reuera defectuosus ac fragilis homo. Idcirco conscientiam suam examinet, vitam discutiatur, & quicquid in se deprenderit culpæ, redarguat, pœniteat, veniam deprecetur, confiteatur, satisfacere ac emendare integro corde proponat. Secundo perpendat, quid sit quod consecrare ac immolare proponit: profecto corpus & sanguinem saluatoris. Ergo totum Christum Deum ac hominem offerre proponit. Ex tanta igitur huius incomparabilis sacramenti dignitate ac reuerentia considerata totus in se cōtremiscat, imperfectionē indignitatemque propriam fateatur: & non nisi cum ingenti præparatiōe, profunda humilitate, reuerentiali timore, interna puritate & feruida dilectiōe accedat. Tercio penset cui offert. Nimirum deo patri altissimo, quem cœlum, terra, pontusque contremunt, quem & angelicæ mentes & vniuersi sanctorum exercitus perhorrescunt. Non igitur tam in finitæ excellentiæ regi ac domino omnipotenti se præsentare, altare, sacrificare, eiusque filium vnicum ac dilectum offerre præsumat corde intemorato, impuro, carnali ac frigido. Quarto, perpendat quare sacramentum hoc offert. Est namque duplex intentio officij missæ. Vna generalis ipsius Ecclesiæ. Et ita sacramentum istud offertur, primo et maxime pro communi bono totius ecclesiæ militantis, & cæteris prout in canone cōtinetur. Alia est intentio propria celebrantis, quæ pro diuersis personis & causis celebrat atque sacrificat: quæ etiam ardentem debet habere affectum, ut exaudiatur pro omnibus pro quibus orat ac celebrat. Sic ergo ad celebrationem se debet disponere.

Porro

Attēde sacerdos sacrificaturus

De cōn. d. 2. capi. In Christo.

Porro in ipso celebrationis officio habere le-
 ber valde recollecte, deuote, ac feruide, in-
 verba distincte proferendo, sensum sapienter
 affectuose pensando, sacramenti dignitatem
 p̄is æterni incircumscriptibilem maiestatem
 ceriter contemplando: vt sic eius oratio rã-
 incensum dirigatur in conspectu diuino. At
 post celebrationem deuotissime gratias agat
 orationibus, psalmis, ac meditationibus san-
 insinat saltem ad tempus, totaq; die decen-
 morate, custodite, exemplariter ac sincere
 beat. Atq; hoc modo tota conuersatio sacra-
 tis sit vna continua ad celebrandum prepa-
 salutaris: nec vnquã vanitati, voluptati, in-
 tati consentiat: neq; per os eius, quo sacra-
 protulit verba ac venerandissimum sum-
 cramētum: inania, infructuosa, illicita vni-
 profluant verba. Sed proh dolor multi sum-
 dotes, qui & si in principio aliquantulum
 uoti: tamen tempore procedente quo frequen-
 us celebrant, eo quid agant minus perpendit
 frigidiores tepidioresq; fiunt, atq; ex arido
 dam vsu sine contritione interna confitentur
 sine præparatione condigna, imo absq; fer-
 & puritate, absq; reuerentia & timore aco-
 & celebrant. O quanta est horum impietas
 impudentia & insipientia, quanta ingrati-
 ac cæcitas, quam item intolerabilis & im-
 sa' erit eorum damnatio? Tu autem charissime
 Christi sacerdos, nunq̄ huiusmodi fias: sed co-
 to frequentius, tanto feruentius, rãto deuotius
 fructuosius confitearis ac celebres: quatenus
 sacramenti gratijs, virtutibus, atque effectibus
 quotidie copiosius implearis, & omni cõ-

f. q. 1. cap.
 ipsi sacer-
 dotes

40. di. ca.
 añ omnia
 c. multi sa-
 cerdotes

De con. d.
 2. c. timo-
 rem.

Psalm. 140

¶

tali pinguedine mentaliter dilateris, omnipotenti domino ac munificentissimo saluatori quotidie magis gratus efficiaris: nec tepidorum frangaris exemplis: sed sacris semper occupationibus, quantum tibi possibile est, sis intentus: in cibo, potu, vestitu, somno, colloquio moderatus: ubi & factis omnibus exemplaris.

Quid sit via illuminatiua.

Art. VIII.



ACCedite ad eum & illuminamini. Quum solae iniquitates inter deum, & rationalem diuidant creaturam, & charismata spiritus sancti suspendant ab ea: idcirco anima a vitijs emundata, a passionum immoderatis reformata, a peccatorum reliquijs (quae sunt pronitas & grandis inclinatio ad peccandum) defecata: ipsa mox capax est illustrationis supernae, apta est radium sapientiae salutaris suscipere, fulgore contemplationis perfundi, ad aeternorum ac diuinorum speculamina eleuari. Itaque cum iuxta formam praescriptam se exercitauerit homo in uia purgatiua: uiam illuminatiuam protinus ingredi debet, & exerceri ac proficisci in ea. Porro uia illuminatiua est studium seu occupatio mentis circa contemplananda sublimia dei, praesertim in contemplatione superbeatissimae trinitatis, ac simplicissimae & superpulcherrimae deitatis. Deinde in speculatione honorum caelestium & supernaturalium ueritatis fidei Christianae ac spiritualium rerum. Quum etenim in clara & immediata per speciem horum contemplatione tota consistat nostra felicitas: profectus noster hic est, ut contemplationi illi tam beatificae ac perfectae nunc

Psal. 33

Esai. 59

Hieremi. 5

V quo

quotidie propinquemus, proficiendo in fidei illu-
 stratione, in dono sapientiae, in summae & increa-
 tae veritatis ac diuinorum cognitione. Denique
 quum deus (cuius opulentiae ac munificentiae nul-
 lus est finis) sit essentialiter sapientia infinita et lux
 supersplendidissima prorsus incircumscripta: cum
 videt animam modo praeteracto purgatam, humi-
 litate, patientia, mansuetudine, castitate, iusticia,
 caeterisque virtutibus moralibus informatam, ve-
 ritatisque auidam & fonti sapientiae inhiantem, ac
 desuper illustrari affectatam: mox vultum suum
 super eam illuminat, sapientiae radio eam clari-
 cat, seipsum ei praesolito clarius gratiosiusque
 dens, atque incerta et occulta sapientiae suae ei pro-
 palans: ita ut ea quae fidei sunt, rationesque credi-
 dorum, & nexum ac ordinem credibilium, subli-
 liter speculetur: ita ut laetabunda ac grata memo-
 ria decantet: Benedicam dominum qui tribuit mihi
 intellectum. Quod quidem desiderabile sit ac praeci-
 rum, fatetur propheta, dicens: Beatus homo qui
 tu erudieris domine, & de lege tua docueris cum
 i. Ioan. 2 Vnde & S. Iohannes apostolus in prima sua epi-
 stola scribit purgatis huiusmodi fidelibus, Vultus
 eius docet vos de omnibus.

Qualiter in via illuminatiua exercitanda
 debeat homo.

Art. IX.

Iaco. 4



I quis vestrum indiget sapientia postulet a deo, qui dat omnibus affluenter: & dabitur ei. Postulet autem in seipso de nihil haesitans. Doctrina philoso-
 phi est, quod actus actiuorum sine in-
 patiente disposito: & item quod un-
 cuique competat agere secundum modum suae
 naturae

turæ atq; potentia. Rursus q; sicut se habet visus
 vespertilionis ad lumen solis: sic intellectus hu-
 manus ad intuitum diuinorum, videlicet imma-
 terialium substantiarum, & maxime supersim-
 plicissimi & prorsus incomprehensibilis dei. Hinc
 & sacra scriptura ab immoderato, incauto, &
 præsumptuoso diuinorum scrutinio atq; intuitu
 nos coercet per Salomonem dicens: Sicut qui mel
 comedit multum, non est ei bonum: sic qui perscu-
 tator est maiestatis, opprimetur a gloria. Et in Ec-
 clesiastico quoq; legitur: Altiora te ne quæsieris:
 & fortiora te ne scrutatus fueris: sed quæ præcep-
 tit tibi deus, illa cogita semper. Veruntamen est
 quædam diuinorum perscrutatio studiosa, mode-
 rata, humilis, atque auxilio gratiæ Dei innitens:
 quæ laudabilis est. De qua ait vir sanctus, Mi-
 rabilia testimonia tua: ideo scrutata est ea an. Et
 denuo, Da mihi intellectum, & scrutabor leg. Et
 iterum, Beati qui scrutantur testimonia eius. Itaq;
 sicut teste scriptura, dulce lumē et delectabile est
 oculis videre solē: nihilominus figenti oculū im-
 moderate in solem visus obtundit, reuerberatur
 ac læditur. Sic dulcis est veritas summa, et iucun-
 dum contemplari æternum totius luminis fon-
 tem: veruntamen immoderate, intimore, irre-
 uerenter contemplari, scrutari, penetrare præ-
 sumens, grauius excæcatur, deicitur, vulnera-
 tur. Sic itaque contemplari conemur, vt a ve-
 ritate scripturæ, a doctrina ecclesiæ nullatenus di-
 scedamus. Quod non obseruantes hæresiarchæ
 prauissimi, errauerunt, et alios in errorē miserunt.
 Hinc iuxta præhabita exercitium viæ illumina-
 tiuæ præcedere debet exercitatio purgatiuæ: atq;
 ut illustrissimus pater ac doctor noster Iohannes

Phis

Prouer. 25

Eccle. 3.

Psal. 113.

Eccle. 23

D. DIONY. CARTHV.

Cassianus testatur, actualis & ethica seu moralis scientia quæ circa passionum refrenationem versatur, theoreticam (.i. sapientialem diuinorum contemplationem) debet præire. Volens ergo in via illuminatiua se exercere, ab humilitate incipiat: ita vt de proprijs viribus, de naturali ingenio, de acquisita scientia non presumat: sed in domino sit spes eius & eius subsidio innitatur: quod

Esa. 56

admodum per Esaiam edocetur: Quis ambulat in tenebris, & non est lumen ei; Speret in nomine domini, & innitatur super deum suum. Deinde ab exterioribus abstrahat mentem suam & eam recolligat, eius dispersiones ac euagationes acciando.

Diony.

Sicq; iuxta diuini Dionysij documentum secõuertat ad radium, supernam illustrationem optando, & pro ea orando, seq; ad dei considerationem aut contemplationem pro viribus operando. Et tunc deus sublimis, qui sapientia dominus est, & princeps totius illuminationis, videns intelligentiam hominis fidelem ac pium eius conatibus manum applicabit ac porriget adiutricem, mentem per donum sapientia illustrando, prout Esaias

Esa. 58

affert. Requiem dabit tibi dominus, & implebit splendoribus animam tuam. Ipse enim est sol sapientia ac intelligentia: quo in anima splendente ac radiante, omnia mox clarescunt, venustantur, tranquillantur, & exhilarantur in ea. Sicq; creatoris sui maiestatem immensam, puritatem infinitam, sapientiam, omnipotentiam, atq; beatitudinem, perfectionem & eminentiam prorsus interminabilem incipit inquiri ac vehementissime admirari, iucunde contemplantur, feruenter diligere, eiq; intime congaudere, & in ea ad horam quiescere.

Quid sit contemplatio & de speciebus ipsi
us. Art. X.



Ecce deus magnus vincens scientiam nostram. Ideo timebunt eum *vi Iob. 36*ri, & non audebunt contemplari omnes qui sibi videntur esse sapientes. Quemadmodum libro de ciuitate dei B. Augustinus frequenter fate

tur: intellectus est suprema vis animæ, idcirco in *Augusti* eius actu beatitudo est sita: sicut iam ante ex uerbis patuit Christi dicentis, Hæc est vita æterna, *Iohan. 17* ut cognoscant te verum deum. Quod etiam decimo ethicorum probat philosophus. Nec tamē *Philo.* in quocunque intellectus actu consistit felicitas: sed, ut Aristoteles loquitur, in optima speculatione optimi spectabilis collocatur. Nam teste eodem, Beatitudo est optima actio optimæ potentie in optimo obiecto quod deus est. Hinc contemplatio rite sic diffinitur, Contemplatio, est summæ deitatis atq; effectuum eius affectuosa prom-
Cōtēplatio qd sit
pta & sincera cognitio. Nam primo ac principaliter circa deum uersatur. Secundario circa creata per respectum eorum ad deum: uidelicet prout ab eo fontaliter profluunt, gubernantur, atq; ad ipsum finaliter ordinantur. Quia sic deus est finis & ratio cōsiderationis eorum: & quicquid in eis consideratur & de eis cognoscitur, ad omnipotentis notitiam & amorem, gloriam & honorē refertur, qui fabricam vniuersi idcirco tam venustissime decorauit, tam sapienter distinxit, tā ineffabilius ordinauit, tamque mirande in nihilo statuit ac firmavit, tanta magnitudine, multitudine, & virtute compleuit mirifice: ut sua in eis bonitas, sapientia, & potestas resplendeant, ho-

noerentur, laudentur, formidentur, ac diligantur,
Prover. 16 Hinc scriptum est, Vniuersa propter seipsum o-
Eccl's. 3. peratus est dominus. Et iterum Salomon: Omnia,
Sap. 13 inquit, fecit deus vt timeatur. Sapiens quoq; ali-
 us: A magnitudine, ait, speciei creaturæ poterit
Esa. 51 creator horum cognoscibiliter videri. Et Esaias
 hortatur, Leuate in excelsum oculos vestros, &
 videte quis creauit hæc. Deniq; contemplatio i-
 sta actus est doni sapientiæ, quæ inter septem do-
 na spūs sancti sortitur primatum, nec potest esse
 informis, quum sit affectiua & saporosa diuino-
 rum notitiā charitati inseparabiliter iuncta: nec
 proprie contemplatio actus est sapientiæ qualif-
 cuncq; : sed eius quæ perfectionem quandam in-
 cludit, quæ prompte ac libere procedit in actū.
 Ideo dictum est, qd contemplatio est prompta ac
 facilis diuinorum agnitio, quæ instar ignis celer-
 rime fertur in altum & transcendens creatis pertin-
 git ad deum. Propterea ait Richardus: Contem-
Richar. platio volatu libero quocuncq; eam fert spiritus
 mira agilitate circumfertur. Contemplationem
 quoq; diffiniens: Contemplatio, inquit, est libe-
 ra mentis perspicacia in sapientiæ spectacula cū
Hugo admiratione suspensa. Vnde et Hugo de sancto
 Victore sic eam diffinit: Contemplatio est per-
 spicax & liber animi contuitus in res perspicien-
 das vsquequaque diffusus. Postremo contem-
 platio debet esse sincera cognitio, ne errori, pas-
 sioni, aut culpæ mixta foederetur: sed certitudine
 ac splendore veritatis valletur. Præterea huius
Bernardus contemplationis ponit sanctus Bernardus qua-
 tuor species. Prima est, admiratio maiestatis: dū
 scilicet in contemplatione diuinæ & increatæ sub-
 limitatis, & in contuitu incomprehensibilitatis
 diuini

diuinæ substantiæ mens ipsa cū admiratione in-
tenta est & suspensa. Secunda, est consideratio iu-
dicatorum dei. In quorum consideratione dum se
homo deficere cernit: cum Apostolo uociferatur:
O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, Roman. ii
quam incomprehensibilia sunt iudicia eius. Ter-
tia, est inspectio beneficiorum dei. Quarta, confi-
deratio est promissorum ipsius, quæ nec oculus Esaiæ. 64
vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascen-
derunt. 1. Cor. 2

De alia assignatione ac declaratione spe-
cierum contemplationis.

Art. XI.

Pater gloriæ det vobis spiritum sapi-
entiæ in agnitione eius. Quâuis spe-
cies contemplationis a diuersis di-
uersimode assignentur: ista tñ quam
modo inducam rationabilior con-
uenientiorq; videtur. Itaque prima
Ephē. i

species contemplationis est supernaturalis con-
templatio adorandæ atq; altissimæ trinitatis.
Cuius contemplationem supernaturalem appel-
lo: quia ex naturali ratione trinitas personarum
in deo nunquam hominibus patuit: sed ex diui-
na reuelatione primo innotuit. Ad hanc itaque
contemplationis speciem pertinet intueri quæ ad
modum in uero ac simplici deo sit æterna, imma-
terialis, inuariabilis, actualissima ac superpuris-
sima generatio: ut puta emanatio uerbi æterni
a patre summo: qui seipm perfecte æternaliterq;
cognoscens ac intuens, sui ipsius conceptū & uer-
bum internum in se profert ac gignit. Qd nanq;
in se & de se cognoscit ac intuetur: hoc intra se
V. iij loqui

loquitur ac producit. Et quoniam vnico actu intelligendi seipsum & omnia perfecte intelligit, idcirco vna prolatione interna seu generatione mentali seipsum & cuncta plenissime intra se exprimit, & vnicum duntaxat uerbum gignit, quod est ipsius perfecta ac naturalis imago, splendor ac filius, omniumque creaturarum exemplar, idea et ratio, atque totius uniuersi forma archetypa in mente diuina. De quo Augustin. Qui negat, ac mundum: archetypum negat & dei filium. Hinc in uerbo isto aeterno tota patris natura resplendet, totaque eius maiestas ac perfectio repraesentatur in eo. Idcirco uera deitas continetur atque consistit in eo. Vnde quinto decimo de trinitate dicit Augustinus. Pater tanquam seipsum dicens genuit uerbum sibi aequale. Amplius ad hanc contemplationis speciem pertinet intueri quemadmodum pater & filius se inuicem intuentes, uolentes, ac mutuo incomprehensibiliter ac supereminenterissime complacentes, producant & intra se continent unum increatum, plenum, ac infinitum, in amore propriae amabilitati proportionatum, quod est amor & nexus osculumque amborum. Quae admodum enim uerbum est emanatio intellectus, sic amor est emanatio uoluntatis. Rursus spectanda ad hanc speciem contemplari quam uere super beatissima ac superdeliciosissima huius altissimae trinitatis sit uita: quemadmodum hae super uenerabiles, super sublimes, ac super sanctae personae se mutuo intueantur intuitione penitus incomprehensua, iucundissima & aeterna, se inuicem diligant amore superardentissimo & immenso, sibique mutuo perfecte ac supergaudiose complacent, atque se inuicem superfelicissime per-

Augusti.

Aug. 14. de trinitate

antur, & qualiter sit in eis plena communio, superiucunda diffusio, consistentia supergloriosissima & æterna. Ecce hæc omnia humiliter ac syncre, quiete et amore sunt contemplanda cum præcordialissima congratulatione tã infinitæ beatitudinis et excellentiæ trinitatis superexaltatæ ac adorandę. Præterea causæ seu rationes amoris, sunt cognitio, bonitas, similitudo, propinquitas, unio, communio, beneficentia, & præiua seu alterna dilectio. Quumq; omnes hæc rationes in superessentiali & consubstantiali trinitate perfectissime prorsus consistent. Siquidem vnaquæq; earum aliam quãlibet omnino perfecte ac comprehensiuè cognoscit. Quælibet quoq; earum est bonitatis immensæ: estque inter eas plena similitudo ac summa propinquitas: quia secunda earum emanat a prima, videlicet filius a patre: & tertia ab vtraq; vtpote spiritus sanctus a patre ac filio. Inseparabiles quoque sunt: quia consubstantiales. Vnaquæq; alteri se totã communicat: & filius a patre infinitum bonum accepit, nempe plenitudinem deitatis, quemadmodum ipse protestatur. Pater quod dedit mihi maius omnibus Iohan. 10 est (diuina. s. essentia,) Vnde ibidem subiungit, Ego et pater vnum sumus. Et hoc ipsum bonum immensum a patre ac filio accepit spiritus sanctus, patri & filio verissime consubstantialis, coæternus & æqualis. Vnaquæq; demũ earum scit se ab alia infinita dilectione amari. Hinc constat quod inter eas sit prorsus superæstantissima & immensa dilectio. Secunda species contemplationis est veræ ac simplicissimæ deitatis speculationis naturalis. Et hæc nomino naturalem: non quod naturalis & acquisitæ sapientiæ sit actus, aut si-

D. DION. CAR.

Rom. 1.

ne charitate & gratia queat haberi: sed quæ
ea de deo cōspectat, quæ per naturalem possi-
bilitatem rationem cognosci: ut quod deus sit ens primæ
æternum, incausatum, independens, perfectum
infinis, immateriale, simplicissimum, ad-
dum, prima causa omnium gubernativa. Vnde
affirmat apostolus, Inuisibilia dei per ea quæ
cra sunt cōspiciuntur: sempiterna quoque eter-
nus & diuinitas. Itaque ad hanc speciem per-
contemplari quem admodum deus sit bonitas
ra, veritas sempiterna, vnitas simplicissima,
rus actus, omnipotens virtus, sanctitas ex-
ris, sapientia æternalis, causa & ratio omni-
ideal, esse purum in se subsistens, ac separatim
vniuersorum principium, prima omnis crea-
dinis omnisque iusticie veritatis & virtutis
la & mensura, ens in quo est omnis nobilitas
pulchritudo, omnis felicitas ac dulcedo, om-
tas et iusticia, summa charitas, plena liber-
mnisque perfectio absque omni mensura ac
prorsus simplicissime: ita ut omnia ista sine
vnitasque in deo. i. simplicissimum ac super-
mum eius esse tam infinite incōprehensibile
perfectum, ut omnia ista in se simplicissime
per eminentissime comprehendat. Hec
de deo excelso ac gloriosolympide, am-
congratatorie contemplari ad hanc
contemplationis speciem attinet. Tertia
plationis species est speculatio humanitatis
sui: ut puta qualiter ipsa a verbo æterno hypo-
tice sit assumpta, atque in increato esse eius
nali supposita: & qualiter in eodem puncto
ex purissimis uirginis gloriose sanguinibus
pus Christi a spiritu sancto formatum est.

quoque eius creata sit cordiq; vnita, & vtrumq; simul a verbo assumptum. Quō item eodem momento anima Christi omni gratia, v̄tute, dono, fructu et beatitudinibus fuerit adimpleta ac speciosissime perornata, lumine quoq; gloriæ ac beatifica visione præ omnibus sanctis ineffabiliter decorata, impleta, ac sublimata. Insuper ad hanc speciem pertinet contemplari, quemadmodum ex v̄gine natus sit Christus, circumcisus, adoratus a Magis, præsentatus in templo: ac cetera omnia quæ de ipso euāgelica narrat historia: puta qualiter in mundo hoc in omni humilitate, paupertate, patientia, mansuetudine, charitate sit conuersatus, quāta sustinuit, quō genus humanum redemit, quanta miracula fecit, quō resurrexit, apparuit, & ascendit. Quarta species cōtemplationis est consideratio munerum gratiæ dei. s. supernaturalium ac gratuitorum beneficiorum & donorum ipsius: vt sunt v̄tutes infusa, sacramenta ecclesiæ, diuersaque dona gratiæ gratum facientis, ac gratiæ gratis datae: dona que gloriæ & omnis illa beatitudo cœlestis. Quinta species, est speculatio donorum naturæ, id est, naturalium omnium. Ad quam speciem spectat consideratio ordinis vniuersi, & omnium separatarum substantiarum, seu supernorum spirituum atque cœlestium corporum ac elementorum, omniumque mixtorum, potissimum hominis. In quibus omnibus creatoris bonitas, sapientia, ac omnipotentia gloriose resplendet, & honoranda, formidabilis, amabilisque monstratur. Hæc solum breuissime tango. Nam alibi, (in tractatu scilicet de contemplatione) plenius est inde conscriptum.

Quid

Ioannis 17



Ater iuste, notū feci hominibus
 mentuum: ut dilectio tua in eis
 ego in ipsis. In hīs v̄bis innuit
 stus cognitionem ad amorem
 ri, & sine eo esse informē. Porro
 inducta triplicis viæ distinctio

Diony.

bis diuini Dionysij sumpta videtur. Ipse
 libro de angelica hierarchia ponit tres
 hierarchieas in angelis sanctis: videlicet
 tionem, illuminationem, & perfectionem.
 bro quoque ecclesiasticæ hierarchiæ docet
 admodum quidam ordo est purgatiuus, qui
 illuminatiuus: quidam perfectiuius. Atque
 li purgari dicuntur, non vtique ab immunitate
 culpæ: sed a hierarchicæ lucis minoratione
 minari quoque ac perfici asseruntur, non
 beatifica diuinæ contemplatione essentia
 scant, aut in summi boni amore beatifica
 onem consequente proficiant, aut amplius
 mentur. Nequaquam enim in essentiali
 sortiuntur augmentum, sed sunt omnino
 illud in termino: sed in diuinorum cognitio
 ctuum, atque in dilectione illam concomitan
 sciunt incrementum, & in accidentalibus
 unt præmio. Et hoc vsque ad finalis consum
 onem iudicij. Sicque intelligendum est quod
 mo angelicæ hierarchiæ capitulo diuinitatis
 cratissimus Dionysius loquitur: Seraphim
 ens, ad diuini caliditatem amoris, inferior
 tes angelicas quantum possibile est in cen
 Cherubin quoque datæ sibi sapientiæ: cōm
 mentes cælestes se inferiores copiose illust

Potro in ecclesiastica hierarchia purgatio, illuminatio, & perfectio aliter inueniuntur. Quoniam viatores a culpis quotidie emundari, in Dei cognitione, & eius amore proficere indigent. Et primo quidem oportet a culpa purgari: deinde illuminari & veritatem cognoscere. Tertio perfici, id est, amore accendi: Atque per hoc deo nostrae salutis vniri. Veruntamen sicut in angelis sanctis praetacti tres actus hierarchici reipsa coincidunt: (siquidem per hoc quod vnus illuminat alium a minoratione lucis, purgat eundem, & in amore ipsum succendit) sic in hominibus praedictarum trium viarum vna aliam secundum aliquem gradum comprehendit atque includit: quoniam via vnitiua purgatiua illuminatiuaque praesupponit: nec sine illuminatione contingit deo vniri amore perfici, aut charitate affici. Conformiter via illuminatiua vnitiuam quodammodo comprehendit: quoniam diuinorum cognitio nec contemplatio nec illuminatio proprie nuncupatur: nisi dilectionis affectu formetur ac perficiatur. Sic & via purgatiua aliquid habet admixtum de via illuminatiua & perfectiua: quoniam sine verae sapientiae directione, charitate et gratia nemo purgatur a culpa nec passiones reformat. Itaque via perfectiua seu vnitiua est studium, occupatio seu actio ad sincerissimae charitatis ardorem, ad deitatis extaticum flammigerumque amorem, ad mysticam sapientiae astuantissimum, quietissimum, ac secretissimum tendens intuitum. Consistit namque haec via in hoc, vt ex contemplatione dei per negationem mens diuino amore tota accendatur, & velut ignea atque seraphica efficiatur: sicque seipsam & cuncta creata relinquens, transcen-

D. DIONYSI. CAR.

transcendens, ac obliuiscens, superincompre-
sibili deo, tanq̄ prorsus ignoto, per hierarchi-
lucis illapsam, per occultissimā inspectionis
loquium, per supersplendentem caliginem ac-
pientissimam ignorātiā vniatur: prout hoc
fra elucidabitur.

De duplici deitatis contemplatione, &
sit mystica theologia.

Art. XIII



Eccl. 43.

Erribilis dominus & magnus ve-
ementer & omnipotens super om-
opera sua. Quis vidit eum & en-
rabit: & quis magnificabit eum?
cuti est a principio? Quē admodum
primo de diuinis nominibus cap-

Dionys. Io diuinus Dionysius loquit̄, duplici via ad
cognitionem ex creaturis procedimus. Prima
est via positionis seu affirmationis: dum quod
bonitatis, perfectionis, ac eminentiæ reperitur
creaturis: deo tanquam omnium primo & ori-
ctiuo principio excellentissime, omni imper-
ctione seclusa, a scribimus. Secunda est via ab-
tionis seu abnegationis: Dum quicquid in crea-
tibus inuenitur creatis: negamus de deo, tanquam
de supere xaltato, superessentiali, & superin-
prehensibili: qui nec genere, specie, nec aliquo
niuoco conuenit cum creatis, nec ei aliquid
petit prout nos comprehendere id valeamus.
Hinc tertio mysticę theologiæ capitulo facit
Idem Dionysius: Hoc, inquit, est deum vere cognoscere:
super substantialem super substantialiter
omnium entium ablationem laudare. Denique
contemplatio ista dei per negationem sublimior
atq̄ perfectior est, q̄ contemplatio eius per po-

tionem. Quia in ista per negationem infinita excellentia & superessentialis maiestas ipsius clarior, acutiùs, atq; profundius cernitur, quàm in illa. Propterea secundo de diuinis nominibus capitulo magnus Dionysius ait, Negationes in diuinis sunt proprie, id est, proprie ac veraciter dicte. Affirmationes autem ibi sunt incompactæ, hoc est, inconuenientes, non coherentes nec propriæ. Cùm equidem a deitatis plena cognitiõe in infinitum deficiat mens omnis creata: quo in hac vita quò deo plus appropinquat, quo abundantius illustratur, quo summo enti nullam causam habenti æterno & independenti magis vnitur, acutiùsq; infigitur: eo ipsius incomprehensibilitatem, inaccessibleitatem, infinitam quoq; supertranscendentiam lymphidius contemplatur. Quumq; in apertè mentis fuerit ei propinquissime & immediate, prout in hac vita per creatam lucem ac speciem fieri potest, vnita, infixa, intenta, immersa, sit in omnimoda ignorantia eius quo ad quid est ipsius. Sed hoc est ei videre & cõtemplari incomprehensibilitatem eius clarissime intueri. Et hæc contemplatio qua deus per omniũ negationem conspicitur, mystica theologia vocatur: quæ est interna ac abditissima mentis cum deo loquutio: atque caliginis, (hoc est, diuinæ supersplendidissimæ ac impenetrabilis & inuisibilis lucis) per ignorantiam quandam intuitio amorosa. Quæ, vt quidam eam diffiniunt, est anagogica seu superductiua motio, eleuatio, seu defixio mentis in deum per purum feruidumq; amorem. Estque experimentalis cognitio dei per vnitum amplexum amoris, seu sapida deitatis notitia: dũ ei summus affectiue apex per amorẽ vnit̃ ardentẽ.

Postre

Dionys.

Postremo hæc mystica theologia seu vnitiva sapientia realiter est ipsum sapientiæ donum: esse sapientia illa quæ inter septē dona spiritus sancti primum est atque dignissimum; quæ est habitus supernaturalis infusus, dei per gustum intuitu cognoscitiuus, per quam mens bene de deo sentiat ac iudicat per connaturalitatem & conformitatem affectus ad ipsum seu per mentalem imitationem. Cuius sapientiæ triplex est gradus. Eius primum gradum suum supremum, quo inest personis heroicis ac perfectis, efficiens eos quali- filios ac secretarios omnipotentis ac sapientissimi creatoris: est sapientia unitiva ac mystica theologia.

Quod duobus modis ad mysticæ theologiae visionem, extaticumque amorem, ac altissimam caliginis intuitionem seu contemplationem præfatam per omnium abstractionem anima perducatur.

Art. XIII

Hierem. 23



Actus sum quasi vir ebrius, & quasi si homo, madidus vino a facie domini, & a facie verborum sancti eius. Quum præacta dei contemplatio amorosa & mystica, quæ ad extaticum facit ac extasim, sit nobilissima atque altissima, spiritualissima ac divinissima operatio hominis: ad ipsam exigitur propria abstractio mentis ab exterioribus, ac maxima recollectio eius in se, & simplificatio in deo purissima: quatenus nullo inordinato objectu, nulla consideratione circa creatura, nulla occupatione distractiva impediatur aut remouetur a summo & increato objecto. Itaque actus

vnitruæ sapientiæ mysticam contemplationem vno modo pertingit homo seipm excitando ac disponedo ad eam per abstractionem præfatam per recollectionem, & simplificationem, per orationem, & meditationem atq; considerationem eorum quæ diuinæ dilectionis feruorem magis prouocare ac parere solent in animo: donec apex voluntatis valide accendatur ac pure afficiatur in deo: sicque uertex intelligentiæ desuper illustretur ad contemplandum modo præfacto.

Deniq; hunc modum eiusq; practicam diuinus Dionysius primo mysticæ theologiæ docens capitulo. Tu, inquit, Timothee charissime, intentissima contuendis spectaculis mysticis exercitatiõe & sensus lingue et intellectuales operationes & sensibilia & intelligibilia omnia & quæ non sunt, & quæ sunt omnia, & vt illi iungaris qui super omnem substantiam omnemq; scientiã est: ignote pro viribus teipsum intende. Hæc ille. Alio modo ad contemplationem istam pertingit homo absq; suo conamine ac præparatione prædicta: dum scilicet misericordissime desuper præuenitur atq; diuinitus fortiter illustratur, valide inflàmatur, gratiosissime præoccupatur ac mirabiliter nimis præstringitur, in tantum ut etiam resistere nequeat, & quamuis velit, non possit effugere, gratia prædominante ipsi naturæ non violenter, sed cõuenientissime. Et primus modus solet esse laboriosus: Hic vero est facilissimus. Hinc beatus ait Bernardus: Quidã trahuntur qui dicere possunt, Trahe me post te. Alij ducuntur: qui dicunt. Introduxit me rex in cellã viniariam. Alij rapiuntur. Et primi quidem felices, qui in patientia sua possident animas suas. Secundi fe-

Dionysius

D. DIONYS. CARTHV.

tundi feliciores: quia ex voluntate sua domino
confitentur. Tertij felicissimi, qui in profundissi-
ma dei misericordia quasi quodammodo sepu-
ta iam arbitrij potestate, in diuitias gloriae
spiritu ardoris rapiuntur: qui spreto ipso rerum
sensuum vsu, non ascensorijs gradibus: sed in-
natis excessibus auolare interdum per contem-
tionem ad supersubstantialem deum altissimum
solent. Horum vnus fuit deuotissimus frater
Rogerus ordinis sancti Francisci: qui dixit, Pe-
cillimum quid est hominem rapi & mente ele-
uari in deum. Nam scio, inquit, hominem qui per
ries raptus fuit in vno matutino: et homo iste
finities restitit rapui: & aliquando tantam
oportet eum facere, vt recedat a deo suo & ap-
at, quantum alius facit vt appropinquet. Hic
autem protulit de seipso. Vnde & rursus testatur
est, In tantum se deus animae meae communi-
vt praenimia dulcedine eum non valeam susti-
nere, sed compellor dicere & clamare, Domine
recede a me: quia non possum sustinere multitu-
dinem dulcedinis tuae. Talis fuit & sanctus
frater Egidius, vnus ex primis Francisci sancti-
simi socijs. De quo Bonaventura scribit, quod
totiens vidit eum raptum: vt inter homines
tam angelicam ducere videretur. Beatissimus
que Abbas Sisois, de quo in vitas patrum refer-
tur, quod quando in oratione manus extendit
statim eas retraxit, ne raperetur: alioquin pro-
nus rapiebatur. Ecce quam infinita & admiranda
est gratia dei in quibusdam suis electis misericor-
diae suae vasis. Vere sicut ait saluator, spiritus
vbi vult spirat: & incircumscriptibilis misericor-
dia ac opulencia dei, nullis terminis clauditur.

Rogerus

Egidius

**Abbas
Sisois.**

Iohan. 3.

lis legibus coartatur: sed ubi & quando & qua
 rum & qualiter ei placet, liberrime ac misericor
 dissime se diffundit: atque plus etiam interim of
 fert, plus influit: quam homo fragilis queat suf
 ferre. Quod sanctus ille Effrem experiens in sei
 pso in suis orationibus ac meditationibus, con
 suevit clamare. Domine contine vndas gratia
 tua.

Effrem

De sancto ardente diuino ac deificante
 amore ad viam vnitivam, ad mysticam
 contemplationem pertinente: atq; priua
 ti amoris extirpatione.

Art. X V.



One me vt signaculum super cor
 tuum: quia fortis est vt mors dile
 ctio. Canticor. 8. Cum tanta sit omni
 potentis ac superprijssimi creatoris
 ad homines dilectio atque digna
 tio, vt ipse per Salomōem testetur,

Delitix meæ esse cum filijs hominum. Et item Prouer. 8.
 per Hieremiam. Quis est iste qui applicet cor su
 um vt appropinquet mihi. Quibus verbis doce
 mur quantum deus naturaliter omniquaque
 bonus nostram optet salutem, quam paratus sit
 nobis gratiarum suarum donare charismata,
 quam libenter velit esse nobiscum, inter nos cō
 morari, imo & habitare in nobis, dummodo
 nos ipsi obicem non ponamus, dummodo cor
 da nostra ei præparare & applicare curemus,
 quod in nobis est faciendo. Hinc etenim apud Iob. 34
 Iob asseritur. Si direxerit homo ad deum cor
 suum, spiritum illius & flatum ad se trahet. Et

CHRISTVS, Ego sto, inquit,
 X ij ad osti

D. DIONYS. CARTH.

ad ostium & pulso : si quis aperuerit mihi ianuam & audierit vocem meam: intrabo ad illum & cenabo cum eo, & ipse mecum. Porro per hanc virtutem tam directe ac intime, tam valenter, pure, & immediate applicat & coniungit homo cor suum deo, sicut per charitatem: quae mentem amantis spiritualiter aperit capacemq; facit amanti. Cum ergo per unitiue ac mystice sapientiae contemplationem altissimam mens humana deo propinquissime, quantum in hac fieri valet vita, iungatur ac insigatur, imo in ipsum absorbeatur atq; supernis fulgoribus, sacris ardentibus, charismatibusq; diuinis abundantissime perfundatur, ditetur ac impleatur: hinc sancti doctores fatentur quod haec mystica visio per diuinum praeferendum fiat amorem: ita ut purus & actuans amor dei ad hanc contemplatiuam & mysticam contemplationem immediate ac immediate disponat: utpote actualis sincera & feruens ad deum affectio, quae mentem aperit sponso celesti, ac influentibus, coruscationibus, secundationibus atq; amplexibus eius. Praeterea amor diuinus tam purus ac feruidus esse nequit, nisi priuato amore prorsus euulso. Etenim amor priuatus: qui dicitur amor sui crescens vsq; ad contemptum dei, efficit hominem seruum ac membrum diaboli ciuemq; Babylonis, id est ecclesie malignantium. Porro amor dei crescens vsq; ad contemptum sui constituit hominem ciuem sanctorum, membrum ac militem Christi, amicum filiumque altissimi. Hi duo amores (quorum vnus origo est omnis peccati: & alter fons operis boni) sibi inuicem sunt contrarii. Et quanto quis plus crescit in vno; tanto amplius decreuit

decreuit in alio: ita vt sicut venenum amoris diuini est amor priuatus: sic priuati amoris minoratio diuini est amoris profectio: priuati siquidē amoris uera euulsio, diuini amoris est profectio. Præterea quid sit vterq; hic amor breuiter tangam. Amor igitur priuatus vocatur quo quis diligit se in se, non in domino deo: volens videlicet ac cupiens sibi, quæ ei in se secundum propriam inclinationem & affectionem sunt delectabilia vtilia, aut honesta. Ex quo quidem amore mox oriuntur concupiscentia carnis, auaritia, pompa, ambitio, atque vniuersa mentis ac corporis inquinamenta. Amor vero dei, quæ charitas appellatur: est quo deum super omnia toto corde diligimus, & nos ipsos in deo, videlicet ordinate secundum exigentiam vltimi finis nostri, volendo appetendoque nobis quæ animabus nostris vere expediūt ad complacendum proprio creatori, ad proficiendum in charitate & gratia eius ac omni virtute, ad obtinendum beatitudinem consummatam. Sicque ex isto procedit amore gloriatio in aduersis, castigatio carnis, custodia cordis, humiliatio mentis, despectio terrenorum desiderium æternorum, & omnis actus virtutū. Cumq; amor priuatus omnium radix sit vitiorum: constat quod eo euulso cuncta eradicentur peccata. Quo facto insunt cordi interna mundicia & charitas dei pura, fortis, fixa ac feruida: Sicque ad omne bonum, & illuminationes altissimas ac frequentes & quasi continuas, ad inflammationes æstuantissimas, ad transformationem deificam, ad raptum & extasim, ad exercitationem secretissimā, tranquillationē dulcissimam, imo ad vitam angelis proximam est

B. DIONYSI CARTHAGINENSIS

anima tum disposita, statque velutin con-
tactu continuo solis æterni, solis iusticiæ, solis
sapientiæ infinitæ: vt exuberantissime ac inde-
nenter illustretur, calefiat penetretur, impleatur,
ac inūdetur ab illo: & instar speculi tersi perun-
politi luminosi atq; clarissimi objecta substrata
ac applicata est superlucidissimo soli immenso.
Idcirco nō cessat sol ille liberalissimus stillicidii
gratiæ, fluentia sapientiæ, charitatis scintillas in
illam diffundere. Deniq; amor dei purus censet,
dum ipsum non proprii intuitu commodi, neque
mercedis cupidine: sed ob infinitam ipsius boni-
tatem ac amabilitatē diligimus, sicut & ipse
Psal. i; lex it nos non ob suā utilitatem: qui honorum
strorum non eget: sed vt suæ bonitatis ac felicitatis
simus participes ad ipsius gloriā ac honorem.
Insuper quum amare sit alicui bonū velle, & de-
us excelsus ac sanctus sit bonitas interminata
uniformiter simpliciterq; perfecta: nō possumus
ipsum magis amare, nisi cum præcordiali affec-
tū ac complacentia gratulabunda volendo &
fauendo ei, quod ipse habet & est: puta boni-
tatem, sapientiam, pulchritudinem, opulentiam,
omnipotentiam, beatitudinem & perfectionem
suā omnifariā ac immensam. Deinde præcordiali
affectūdo, ut ipse creator ac dñs vniuersorum ab
vniuersis decenti ac debito modo colatur, hono-
retur, diligatur, ac formideat: ita vt nos ipsi in
mis id totis vrbibus pagamus: & alios ad id quum
possumus inducamus. Ita q; qui in dei amore mō-
præactō perfectus est: nihil sui relinquit sibi met
ipso: sed totum se deo impendit, ipsum toto posse
colēdo, totia præcordijs cupiēdo, toto feruore ama-
do, ad eius honorem, laudē, ac gloriā omnia res
ferentia

ferendo, vehementissime cupiens bonum cōmune, vniuersorum salutem: quatenus deus in omnibus atq; ab omnibus debite honoretur. Idcirco de eius iniurijs & offensis, de percuntium ingrati tudinibus vitijs ac perditionibus intime contri statur. De honorificentia vero dei & reformati one lapsorum operibusq; iustorum, & emendati one errantium summe lætatur, gratias agit, pro pibus intercedit, & totus in bonitatis affectum, in zelum iusticiæ, in ignem amoris conuertitur, re soluitur, transformatur. Propter quod iugiter sur sum mouetur ad vniōnē, ad amplexum, ad my sticam visionem erigitur,

De mystica, flammigera, anagogica, & transformatiua contemplatione.

Art. X V I.



In manibus deus abscondit lucem: & præcepit ei vt rursus adueniat. *Iob. 37*

Annunciat de eo dilecto quod possessio eius sit, & ad eā possit ascendere. Incomprehensibilis deus omnipotens & superliberrimus deus

Rom. 8/

(qui cuius vult miseretur, & clemens est in quem ei placuerit, a quo non est appellare aut subterfugere, cui nullus ualet resistere, cui nemo dicere potest cur ita facis) quos vult illuminat & inflammat, præuenit, immutat, cōuertit, ac dicit: qui et interdum nondum paratos repēte misericordissime vertit, quocunque voluerit afficit, et ad gratiam illuminationis superne ac contemplationis theoricæ perducit altissimam: vt patet in Paulo

Iob. 18

X iij Apo

Actu. 9.

Apostolo quem ad Christianorum persecutione
 grassantem conuertit in via, rapuitque ad con-
 templandum sublimia atque ad audiendum ve-
 ba arcana: qui etiam pusillos ac imperfectos, et
 mo & quosdam adhuc mundanos volens licet
 licere, ad altiora ac spiritaliora prouehere: non
 nunquam gratia contemplationis, suauitate in-
 terina consolationis ad horulam tangit perfundit ac
 creat, genus seruatorum ponens quasi ad mensam filio-
 rum. Hic deus sublimis cum viderit mentem ho-
 minis spiritalis zelo iusticie penetratam, charita-
 te flammigeram, puritate ac omni virtute ful-
 tam, ad diuina fortiter aspirantem, mox digni-
 tissime, exuberantissime, amorose ac frequenter
 me ei occurrit, succurrit, cooperatur, seque ei com-
 municat, manifestat, infundit, eam ad se eleuat,
 intra se rapit, deosculatur, amplectitur, atque in-
 intuendum, gustandum, fruendum offert ac
 habet, habetque complacentiam magnam in ea,
 & tanquam amicam ac sponsam apprehendit,
 fecundat, & sibi astringit, eandem lucem quam
 quam abscondit in manibus, quam in manibus
 suis tenet absconditam, ei propalat ad horam aut
 horulam: prout sibi omnium sapienissimo mode-
 ratori placuerit. Verum ut hæc clarius intelli-
 gatur: manus dei sunt sapientia & potestas, iusticia
 clementia & voluntas ipsius. Quæ sunt principia
 operationis diuinæ ad extra. In his manibus deus
 omnipotens lucem abscondit: quia tam lucem gra-
 tiæ quam lumen gloriæ in sua habet ac continet
 potestate: & iuxta sapien-tiæ suæ censuram, iuxta
 omnipotentia suæ arbitriū, iuxta voluntatis suæ
 propositum lumen gratiæ abscondit & pandit
 retinet & effundit, aufert ac reddit. Ideo dicitur
 Præcepit

Iob. 37

Iob. 37

Præcepit ei (videlicet lumini gratiæ) ut rursus adueniat. Quoniam lumen hoc indignis celatum aut peccanti subtractum, deo iubente, iterum aduenit ac infunditur pœnitenti, & augetur feruenter amanti, atq; ostenditur contemplanti. In quo lucis huius reditu annunciat deus per alloquutionem internam dilecto (homini bono, s. cum quoram gratiose operari dignatur) q̄ lux ista possessio eius sit: ita ut eam possit stabiliter possidere: et si ad horam amiserit eam, ad eam rursus recuperandam possit ascendere, & per eam ad lumen glorię peruenire. Insuper lucem contemplationis theoricę ac mysticę radium visionis tenens deus in manibus, eandem lucem pulcherrime radiantem ad libitum suum menti purgatę nunc pandit & influit, nunc retrahit & abscondit. Sicque lux ista venustissima ad tenentis dei arbitriū latet ac patet: & nunc copiosius clariuscq; insulget nunc minus. Quumque hanc lucem omnipotens menti oñderit: mox mole magnitudinis suę actualitate et excellentia maiestatis, perfectiōis ac luciditatis suę immensę mentem in momento, in ictu oculi, in puncto sic dulciter nō violenter vincit & opprimit: vt ipsa defluat atq; deficiat a se ipsa: & victa amore ac stupens præ admiratiōe eius q̄ contemplatur maiestatis ac claritatis immensę, præ deitatis quā cernit delitiosissima serenitate, nesciat de se ipsa. Siquidem repente tā valide illustratur ac inflāmatur: vt prorsus succumbens vires & sensus corporales amittat. Tunc mens in increatę lucis secretum inducta, in infinitę lucis abyssō demergitur, in æternę felicitatis oceano rapta deperditur, in amoris igne immensi resoluta comburitur, atq; in superuastissimi

mæ ac superplanissimæ solitudinis impertrabili & immensa amplitudine securissime errant felicitate deuiat, perdens seipsam, nesciens ubi quæ. Verum in hac intuitione tranquillissima cherabica mens humana, ut plurimum non defigitur: sed deus lucem quæ paulo ante infudit, trahit & abscondit in manibus: atque postmodum cum denuo præcipit ei, ut menti adueniens tunc, maiori nonnunquam cum claritate quam ante, luce menti fulgente mens iterum intus splendescit, ignescit, alteratur, miratur, opprimitur, debilitatur. Tuncque deus amoenitatis immensæ annunciat ea, (hoc est, de luce ista quæ paulo ante abscondit in manibus.) electo ac dilecto (seruido, famulanti) quod possessio eius sit: eo quod ipse cuncta carnalia & caduca aspernans, præter deum & contra eum nil concupiuit: ideoque deo suffragante eam possit ascendere: ita ut in ea crescens die, tandem luci fontali suauissimo deo beatificetur interitus, fructiue vnitus, a morose æternitate que immersus. Denique quoniam ista tam superna & eleuatio mentis, tam admiranda & alta contemplatio, nobilitatio, ac deificatio eius, signum est infinitæ dignationis ac magnæ dilectionis dei ad eam: idcirco post verba præallegata prius subditur: Super hoc expauit cor meum, & ceterum est de loco suo. Item in hac profundissima contemplatione gratia dei præueniens ac penetrans, sensum perstringit amantis, & eripit eum: ut infigitque sibi, atque ut horum expertus ait sanctus Bernardus, Rapit eum in diem qui est a multitudine rerum ad gaudia silentij, hoc est, in splendorem clarissimum lucis supremæ: in quo ab omni profluvio desideriorum carnalium, inque

Iob. 37

Bernard

torum fantasmatum, fluctuantium cogitationū
 suauiter conquiescit obdormiens in dilecto. Sicq;
 pro modulo suo ad momentum & punctum idi-
 plum ostenditur ei videndum sicuti est. Inter hęc
 nāq; deus efficit ipsum in idipsum: vt sit ipse pro
 modulo suo sicut & illud est. Tunc plerūq; in os-
 culo patris & filij medium inuenit se contempla-
 tor huiusmodi. Postremo de hac re satis profunde
 scripsit in libro de perfectione filiorum dei, iuxta
 experientiam suam. Iohannes Ruysbroechius in Iohannes
 ter cetera dicens. Oportebit nos fundare vitam ruysbroeg.
 nostram supra infinitā profunditatis abyssum.
 Et ita poterimus in amorem æternaliter mergi,
 atq; a nobis in ipsam imperscrutabilem profun-
 ditatem demergi. Et in eodem amore modo carē-
 te palpabimus & a nobis deuiabimus: & ipse
 nos ducet ac seducet in immensam & incōprehē-
 sam amoris dei amplitudinē. In quo quidē nos
 fluemus & a nobis defluemus in ignotas deliti-
 as opulētiae ac bonitatis diuinæ: in quibus lique-
 bimur & deliq̄bimus, profundabimur & depro-
 fundabimur in gloriam dei. Hęc & alia multa
 scribit, q̄ pie ac sapienter sunt intelligenda ne fi-
 ant alicui erroris occasio. Clare siquidē nisi ab ex-
 pertis neq̄unt intelligi.

De diuersis effectibus sponsi cœlestis in aīa
 cōtemplatiua herorica amorosa: & de acti-
 bus ac gradibus charitatis ardētissimæ ac
 perfectæ. Art. XVII.



Vam magna multitudo dulcedinis
 tuæ dñe, quā abscondisti timētibus te
 Sicut diuinus loq̄ Diony. Charitas
 & tus est vnitiua. Primus itaque cha-
 ritatis est mētē amāris deo cōiūgere
 Nam

Diony.

1. Iohan .4. Nam & mentem auersam ad ipsum reducit & vertit, hinc in prima sua Canonica ait Iohannes apostolus. Qui manet in charitate: in deo manet & deus in eo. Vnde & sine charitate nullus virtus mentem deo proprie simpliciterque coniungit. Secundus actus ac gradus charitatis, est caritatis in deum transformare. Quoniam charitatus est confirmatiua seu assimilatiua ac penetratiua, voluntatem amantis conformans voluntati amati, imo amantem a seipso quodammodo alienat, & in dilectum transfert, atque communitat. Propterea sancto Dionysio cōtestante, Dominus amor extrahit facit: quia non sinit amantem esse sui ipsorum: sed eorum quos diligunt: in quibus quasi extra se positi tendunt, mouentur, & transformantur. Hinc sicut ferrum ac carbonē calor ignis quasi trāsformare videtur in ignem, ita virtus charitatis proprietatem, actum, & similitudinem in dilectum sic charitas in amatum transformat ac transmutat in amantem. Propter quod asserit Augustinus.
- Matth. 6. Quod anima verius est ubi amat: quam ubi habitat. Et Christus in euangelio: Vbi, inquit, est aurum tuum (id est res quam precipue diligis) est cor tuum. Et, rursus, Pater sancte serua cor meum nomine tuo quos dedisti mihi, vt sint vniuersi tui. Non dubium quin per charitatem, sicut & apostolus Paulus dicit, Qui adhæret deo, vnus spiritus est. Ecce quantam transformationem & vniuersitatem efficit charitas. Nā & de primitiua ecclesia dicitur: vniuersa enim charitate repleta fertur: Multitudinis creaturam erat cor vnum & anima vna. Amicorum enim est eadem velle atque eadem nolle, secundum philosophum. Et Plato ac Aristoteles professi sunt, quod amicus est alius idem, seu alter ego.

Vnde & sponsa in sponsum cœlestem per chari-
 tatem transformata faretur in canticis. Ego dile-
 cto meo, & ad me conuersio eius. Tertius chari-
 tatis actus ac gradus est, diligentem cum dilecto
 indissolubiliter colligare, idcirco dixit Isidorus,
 quod diligere dicitur quasi duo ligare. Nēpe q̄ a-
 mor amplius crescit & inualescit: eo validius a-
 mantem amato astringit ac colligat, producēdo
 quasi continua in memoriam & affectionem di-
 lecti in animo diligentis. Cuius charitatiuæ affe-
 ctionis tāta est vis, vt nulla aduersitas, nulla pro-
 speritas, nullus euentus eam valeat confringere,
 vincere, aut auferre. Propterea deum sic diligēs
 cum Apostolo dicere potest: Quis nos separabit
 a charitate dei? Sic Christū inelytus ille martyr
 Genesius diligebat: Non est, inquiens, rex præter
 Christū: pro quo si millies patiar & occidar: ip-
 sum mihi de corde auferre nunquam poteritis.
 Quartus charitatis actus ac gradus, est aman-
 tem præ vehementia affectionis vulnerari amo-
 re dilecti: iuxta illud in Canticis, Vulnerata cha-
 ritate ego sum. Itemque: Vulnerasti cor meū so-
 ror mea sponsa. Nonne corde vulneratus, percus-
 sus, perforatus charitatis acumine ac sagitta ti-
 bi videtur amator, dum vehemens ille amoris a-
 culeus mentem eius medullitus penetrat, affecti-
 uam vim eius in tantum concutiens, tam acute
 transuerberans: vt desideriorum suorū efferues-
 centiam, gestus, effectus, ac signa reprimere ne-
 queat, celare non possit, dissimulare non valeat:
 desiderio ardet, feruet affectu, æstuat & anhelat
 profundissime ingemiscens, separationis impati-
 ens, ac longa suspiria trahēs. Hic charitatis gra-
 dus interpolationem interim admittit, instarq̄
 febris

Canti. 7.
Isodo.

Roma. 8.
Genesius.

Canti. 4.

febris nunc intensus nunc remissus vrit ac flamm
 lat, imo frequenter fortior redit. Ad quem quid
 gradum peruenerat nimirum Augustinus, cum
Augusti. confitens deo diceret. Sagittaueras tu cor meum
 charitate tua, & gestabam verba tua visceribus
 meis infixa. Coruscasti in animo meo, & fortiter
 in flammasti & commouisti omnia intima mea.
 Quintus actus & gradus, est amantem præ
Can. 2. more languidum facere. Iuxta illud Cantica
 Fulcite me floribus, stipate me malis, quia
 re langueo. Ex vulneratione quippe oritur languor
 dum præactio modo mens amore vulnerata
 lecti, nec tamen eius ad libitum habens præ
 am, duplici mœrore atque desiderio bipartito
Eccle. 14. fligitur. Cum siquidem ipsa increata sapientia
 testetur. Qui edunt me, adhuc esurient, contem
 mens deum in hac vita contemplans, quoniam
 lympidius contemplatur, eo ad faciem celestem
 artificam eius visionem vehementius inflammatur:
 ideoque de illius visionis absentia, de plenitudinis
 itionis carentia contristatur, ad eam quoque
 anter suspirans cum apostolo vociferatur. **Roma. 7**
Phili. 1 lix ego, quis me liberabit de corpore mortali
Psal. 119 ius? Item: Cupio dissolui, & esse cum Christo
 cum propheta. Heu mihi, quia incolatus meus
 prolongatus est. Rursus dum anima ad actum
 dei contemplationem claram ac delitiosam
 cundum possibilitatem vitæ præsentis præ
 tur, & interdum repente ab ea dilabitur, immo
 ad pristinas suas grumnas, distractiones, immo
 nes, têtationes reuoluitur: tunc mœrore conturbata
 ad eleuationem suspirans priorem, quæ ei immo
 dū dispensatiue nunc breuius, nunc longius de
 derate subtrahit. Itaque duplex hic mœror ac p
 mœrore

inebundum desiderium languor vocatur animæ
 cōtemplatiuæ ac amorosæ (cuius est dicere) Quæ
 admodum desiderat ceruus ad fontes aquarum:
 ita desiderat anima mea ad te deus. Sitiuit ani-
 ma mea ad deum fontem viuum. Quando veni-
 am & apparebo ante faciem dei? Tali etenim
 deitatis feruidissimo a marori nil libet nil sapit in
 rebus caducis. Vnde sanctissimus abbas Silua-
 nus post contemplationes & visiones suas altissi-
 mas rediēs ad seipsum, ad exteriora queq; pro-
 grediens: vultum suum operuit dicens. Quid ne-
 cesse est lucem istam corporalem videre, in qua
 nihil est vtile. Et Gregorius: Lux, inquit, fastidio
 est. Ideo deum deprecans effatur. Educ de carce-
 re animam meā ad confitendum nomini tuo. Se-
 xus actus & gradus, est a seipso prorsus deficere
 atq; defluere: ita vt taliter amans cum apostolo
 fateatur. Viuo iā non ego: viuit vero in me Chri-
 stus. Languorē namq; mors consequi solet. Itaq;
 superdulcissimus ac superpijsissimus deus se ab a-
 nima amorosa cum tanto mœtore expectari,
 cū tanto desiderio appeti cernens, cū ingēti di-
 gnatiōe ac mira liberalitate ad illū reuertit, ad
 clariorē q; aū sui cōtemplationē ac calidiorē a-
 morē erigens eā in tantū, vt ferre neqat. Quē ad-
 modū Hiere. prophe. restat. Factus est sermo, in-
 quiens, dñi in corde meo, quasi ignis æstuans: &
 defeci, ferre nō sustinēs. Et aliū, Cōcupiscit, inq;
 & deficit aīa mea in atria domini. Raptus ere-
 nim et absorptus, introductus & immersus a-
 nimus in diuitias gloriæ, in oceanum deitatis im-
 mensæ, præ admiratione incircumscripibilis
 maiestatis & entis æterni prorsus independentis
 nulliusque indigentis, cuius nulla est causa in
 cuius manusunt omnia; defluit prorsus ac de-
 ficit

Psalm. 41.

Siluanus.

Gregori.
Psal. 140.

Gal. 1

Hie. 20.

Psal. 33.

ficit a seipso, transitq; totus in principem ma-
 statis, in fontem luminis, in deitatis abyssum,
 quiescens atq; obdormiens in dilecto, et aliud
 aduertens prædominante in ea intuitione calig-
 nis, totumq; præoccupate ardore amoris. Quo-
 vir sanctus expertus: Inflammatum est, inquit,
 cor meum, & renes mei commutati sunt; & cor
 ad nihilum redactus sum, & nesciui. O quam
 ne & optime est tunc animæ amorosæ, quam
 rena, quam iucunda, quam cœliformia ac tra-
 quilla sunt omnia tunc in ea. Vbi tunc nebulæ
 tiorum, turbines passionum, inuolutiones fanta-
 smatum, varietas distractionum, inquietudo
 tationum? Nonne a præsentia solis iusticiæ ac
 spectu & ardore atque fulgore solis sapienter
 giunt omnia illa? Septimus gradus & actus
 mentem ad mysticæ theologiæ visionem
 cam caliginosam ac supersplendentem proinde
 De qua re supra iam tacta sunt plura. Est
 sio illa inter communem cōtemplationem
 atificam patriæ visionem mediomō se habet
 Octauus gradus & actus, est mentem tam
 dam post huius incolatum exilij ad finalitatem
 felicissimam primæ veritatis inspectione, ad
 uinæ essentiæ visionem, ad infinitæ bonitatis
 nissimam summe contentantem ac quietam
 fruitionem perducere. Quo facto: desiderium
 pletum est & quiescit, capacitas mentis est
 ta, omnisq; potentialitas animæ ad actum
 ducta censetur, quo ad finale ac principale
 Idem 16. ctum. Propter quod scriptum est: Satiabor
 Idem 15. apparuerit gloria tua. Et, Adimplebis me
 tia cum vultu tuo.

Prosequutio huius materiæ: & quam
 ac

ac gratiose agat sponsus cœlestis in anima
inflammata, sanctificata ac deificata.

Art. XVIII.



Sapientiam amavi & exquisivi a iu *Sapient. 8.*

uentute mea: & quasiui sponsam e-
am mihi assumere: et amator factus
sum formæ illius. Scio quoniam me-
cum communicabit de bonis, & erit
alloquutio cogitationis meæ. Intrās

in domum meam conquiescam cum illa. Non. n.
habet amaritudinem conuersatio eius, nec tædi-
um conuictus illius: sed gaudium et lætitiā. Spon-
sus & sponsa se mutuo complectuntur, diligunt,
deosculantur, astringunt, adulterinum despicien-
tes amorem. Ita que increata sapientia (quæ est
deus æternus) sponsa creati spiritus ac feruidi a-
matoris rite vocatur. Quoniā talis amator eam
sincerissime ac vnice diligit, ardentissime ac in-
terne eam sibi astringit, eā præ omnibus ample-
xatur, alienum atque impurum amorem peni-
tus aspernatur. Rursus deus (qui est sapiētia ista)
sponsus dicitur animæ (quæ est spiritus rationa-
lis) & anima amorosa spōsa est dei sui: quoni-
am deus per charitatem eam amplectitur, per
vniōnem præferuidam dulcissime eam deoscu-
latur, lumine gratiæ suæ eam foecundat, eamque
sibi fidelem integram inuiolatam manere iubet
& exigit. Quod quidem fit dum ipsa præter de-
um & extra eum nil diligit. Etenim iuxta præha-
bita nulla actio intantum conformat, sicq; iden-
tificat vnum cum alio, sicut dilectio. Hinc nimirum
anima feruens ac sancta de cœlesti loquitur
sponso in amoris dialogo, in Cantico Cantico-
rum: Dilectus meus mihi, & ego illi. Itēq; Ego *Cant. 2.*

Y dilecto

Cantico. 7 dilecto meo: & ad me cōuersio eius: Hoc est. Ego tota sum vnice illius, quem super omnia tā fingularissime amo, tā vnice diligo: eius obsequio me totam impendo: a mori voluntatiq; eius me integre offero: illi intenta sum, ei vaco atq; complaceo. Ad me quoq; conuersio eius: quoniam ab ipso me redamari seu potius praeamari experiet. Ipse mihi vicem rependit, ipse me clemētissimū ac dignantissimo aspicit vultu: non sum fraudata meo affectu. Talem itaq; animam quae cum

Gala. 6 Apostolo vere pronunciat, Mihi absit gloria nisi in cruce domini mei Iesu Christi. Per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo: ita vnicuique mundus magnum, dulce, ac cōmodum arbitratur: mihi crux sit, illud vilissimum recusat pro nihilo aspicio. Talem inquam animā spiritus coelestis dulcissime visitabit, familiariter amplectetur, amoroſe alloquetur, communicabit ei de bonis suis, luce gratiæ splendore virtutibus ac fructibus spiritus sancti eā fecundabit.

Psalmo. 51 rabiliterq; inflammans: vt sit tanquā oliua cōtrifera in domo dei. Tunc plane gaudebit spiritus

Esa. 62 sus super sponsam: & gaudebit super te deus tuus

Psal. 44 us. O anima inclyta & electa tam plene ad amorem tuum conuersa, cōcupiscit rex decorum

Cantico. 2 tuum, & dicet tibi, Ostende mihi faciem tuam

Prouer. 8. sonet vox tua in auribus meis: & erunt deliciae

Esaia. 60. ius esse tecum, ac demorari in medio cordis tui.

Tunc certe videbis & afflues, & mirabitur cor

tuum ex tāta dilectione ac dignatione dei tui

te, & dilatabitur in amore ipsius cum gaudio

Psal. 39. liciterq; gustabis quā magna sit multitudo deliciarum

cedinis eius, quam perficit & ostendit spiritus

tuis in se, quos abscondit in abscondito vultus

sui a conturbatione hominum, qui renunt foris
 secus consolari, quietem, solitudinemq; optātes,
 quorum mentes deus glorię superdulcissimus ac
 munificentissimus sponſus ineffabiliter adim-
 plebit, consolabitur, trāquillabit, radiosē perfun-
 det, vehementer accendet, dulciter vnget, stabi-
 liter possidebit, imo nonnunquam etiam & for-
 te crebrius amoroſe ac miſericordiſſime proruſus
 praueniet, ſpiritum noſtrum & ſtatum ad ſe tra-
 hens improuiſeque erigens, & abſque noſtro conatu
 inopināte ſuſtollens, immutans, ſuccendens, &
 abſorbens, implebiturque in nobis quod in Deu-
 teronomio ſcriptum eſt, Amantiſſimus dñi ha-
 bitabit confidenter in eo quaſi in thalamo, tota
 die morabitur & inter humeros illius requieſcet.
 Denique ſicut amor carnalis prædominans (qui
 amor hereos appellatur) facit amantem conſi-
 derationi & amori amati gnauiter intentum, e-
 ſuſque iugiter memorem ſingula quæque intime
 cogitantem, omnia percurrentem, de amati præ-
 ſentia hilarem, de eius abſentia ac reſeſſu moe-
 rentem, ſemperque cupit vniri ac frui dilecto, in
 eius intuitu complacentiam habet, ipſum aſtrin-
 git, comprimit, deoſculatur, nec in hiſ ipsis per-
 cipit moras, imo omne tempus quod in iſtis ex-
 penditur breue videtur: ita omnino ſyncerif-
 ſimus ac inſigniſſimus amor dei contemplatio-
 ni dilectionique dei efficit mentem amantis vi-
 gilanter, diuturne, & ſi non continue tamen ſepiſ-
 ſime proruſus intentum, eiufque innumerabilibus
 vicibus memorē, non in diuinis duntaxat, verū
 etiā in omni loco, actu ac tempore, in ſtrato, men-
 ſa, domo, via, otio, atque negotio: ita vt ad lite-
 ram impleat talis homo illud Deuterono. ſexto.

Deuter. 33

D. DIONYSI. CAR.

Erunt verba domini in corde tuo: et medita-
beris ea sedens in domo tua, et ambulans in itinere, et
dormiens atque consurgens, eruntque & mouebun-
tur inter oculos tuos. Insuper amor hic sanctus ac
ardens facit mentem ea quæ dei sunt intime me-
ditari, & cuncta diligenter percurrere. Nunc in-
comprehensibilem dei bonitatem ac pietatem,
nunc eius infinitam sapientiam, iam opulentiam,
iam omnipotentiam, pulchritudinem, iusticiam,
beatitudinem, æternitatem, ac ceteras propria-
tes ipsius synceriter contemplando, uiuaciter ad-
mirando, incomparabiliter diligendo, amplecten-
do, laudando ac honorando. De gratiosa quoque
& experimētali dei præsentia amor iste lætifica-
mentem, serenam, & tranquillam efficit, & mi-
ra bonitate perficit. Porro de absentia dilectissi-
mi & superdilectissimi dei parit tristitiam, afflic-
tionem ac defectionem. Ex tanto quoque con-
templationis excessu amorisque impetu ardore
ebullitione generantur per redundantiam quan-
dam in parte sensitua ac corpore languor, debi-
litas, mœror ac macies, detestatio corporis alimen-
ti, impotentia usus ac motus membrorum ac sen-
suum, & totius corporis rigor. Nec in his actibus
sanctis mens tempus aduertit, moras non perci-
pit, imo in his vehementissime admirat, nec sub-
ficit admirari anima sancta charitatem, pieta-
tem, dignationem & munificentiam dei circa se
& in se: quod tam amoroſe ac familiariter, tam
gratioſe & munificenter se ei ostendit, communi-
cat, applicat & infundit. Amplius quoniã amor
ingreditur, ubi scientia permanet foris: dũ mens
contemplationi mysticæ est intēta: inflammato
& velut cōmoto ac irritato amore incipit amorem
iple

ipse quodammodo ebullire ac superferuere sua que
 facta violentia totum corpus concutere. Qd au
 tem feruet, quadam caloris ac desiderij sui violen
 tia extra seipsum proicitur, & supra se tollit: quasi
 ibi esse dedignetur, vnde tam vehementer se ia
 ctat. Sic & mens transfixa amoris feruore qua
 si extra corpus iactare se nititur, & vsq; in sum
 mum volare molitur. Postremo ex predictis su
 pernaturalibus ac mirandis coelestis sponsi & cha
 ritalis in anima certissimum sumitur argumen
 tum veritatis fidei christianae: ita vt quicumq; hac
 experitur, in tm̄ ex eis in fide certificetur, ut quis
 totus mundus auerteretur a fide: ipse tm̄ de fidei
 veritate non posset ambigere: prout de hoc in tra
 ctatu de cōtēplatione, et alibi plenius disputauit.

De effectibus atq; indicijs amoris extatici

Art. XIX.



Auerte oculos tuos a me, qm̄ ipsi me Cantico. 6
 auolare fecerunt. Deus sublimis &
 benedictus suae aeternae v̄itatis actu
 alitate et cognoscibilitate, ac suae im
 mensae bonitatis amabilitate oem̄
 intellectum atq; affectum creatū infinite tran
 scendit ac superat. Ideo animā contemplantis a
 seipsa penitus alienat, rapit, absorbet, atq; defi
 cere facit. Propter quod ait Psal. Defecit in salu Psalm. 118.
 rare tuum aīa mea, Et rursus, Defecit caro mea Psalmo. 71
 & cor meum. Spiritualia autē per corporalia de
 clarantur. Idcirco proprietates et actus ac signa
 amoris spiritualis extatici p̄ actus et signa amo
 ris carnalis (qui hereus siue p̄dominans aut exta
 ticus nominat̄) elucidare oportet. Itaq; primum
 opus ac signū carnalis amoris extatici desicca
 tio membrorū. Taliter etenim amorosi arefiunt in
 Y iij mem-

D. DIONYSI. CAR.

membris palleſcunt & marceſcunt: quoniã ex in-
tenſiſſima cordis applicatione circa dilectũ mul-
tiplicantur ſpiritus, & calor naturalis in ſua ope-
ratione debilitatur: ſicq; corporis deſiccationem
incurrunt. Conformiter ex vehementi ac intimo
amore ſpiritali extatico et applicatione occupa-
tioneq; eius circa dilectum, videlicet ſuperama-
biliſſimum deum, cor ab omni carnalis volupta-
tis areſcit profluuiò, a concupiſcentia, & omni
affectiõne terrena: ſiccante domino aquas ma-
ris rubri, id eſt, carnalium motus humorum: ſtan-
te vento uehemente atq; vrente, id eſt, ſpũs ſan-
cti virtute intus gratioſe ac fortiter operãte. Ne-
pe quo anima amplius circa ſpiritalia ac diuina
ſe occupat: eo a carnalibus magis abſtrahitur et
ea ſtudit. Hoc ſanctus Auguſtinus experius di-
xit, O deus meus q̄ ſubito mihi in ſtuditium ve-
ſum eſt, quicquid ante male amaueſam. Hinc
Cantic. 4. ſponſa orat in Cãticis: Surge aquilo, & veni au-
ſter: perſa hortum meum: & fluent aromata ole-
lii. Per aquilonem, qui eſt ventus durus ac frigi-
dus, torpor & grauitas intelligitur vitiorum. Per
auſtrum vero, qui eſt dulcis & calidus vêtus, ac-
cipitur ſpiritus ſanctus: quo in animam ſtante,
ſpirãte, ſeq; piſſime infundente, aromata, id eſt,
ſpiritalia deſideria carnalibus pulſis affectibus,
fluunt ab ea: dicente Gregorio: Guſtato ſpiritu,
deſipit omnis caro. Secundus effectus atque indi-
cium amoris carnalis extatici, concauitas eſt o-
culorum. Nam amoroſi taliter conſueuerunt o-
culos habere profundatos ac concauos: eo quod o-
culi ſequuntur ſpiritum, ſeſe ad intra retrahẽtes,
& ad æſtimatiue organum concurrentes. Sic in-
teriorẽs oculi animæ ſpiritali amore extatico in-
flam-

Auguſti.

Cantic. 4.

Gregori.

flammante profundantur in corde, & introuer-
 sa est anima talis: quoniam intus est, intus fulget
 ac inuenitur totum quod quærit, quod diligit, quod
 delectatur in quo conquiescit: deus uidelicet lux
 vera, veritas summa, bonitas infinita: cui ait cū
 Isaia. Vere tu es deus absconditus. Et rursus: Se-
 cretum meum mihi. Et cum Psalm. Deus cordis
 mei, & pars mea deus iuaternum. Præterea in-
 tra se profundat huiusmodi anima intuitum a-
 ciei visus interni: vt consideret ac scrutetur, ne
 quid in ea sit quo offendatur spōsus cœlestis, qui
 solus cor intuetur: iuxta illud. Meditatus sum no-
 te cum corde meo: et exercitabar, et scobe-
 bam spiritum meum. Rursus visum mentalem pro-
 fundat: quatenus occultos cœlestis sponsi acces-
 sus & recessus pro posse obseruet ac noscat. De
 quibus apud Iob scriptum est. Si uenerit ad me,
 non videbo eum: & si recesserit a me, non intel-
 ligam. Quamuis etenim quidam tales accessus
 & recessus certo sciri seu obseruari non valeant,
 probabiliter tamen possunt. Nec dubium quin
 talis amator exteriores quoque custodiat sensus
 quorum incustodia incustoditæ mentis est si-
 gnum. Ideo Salomon contestatur. Oculi sapien-
 tis in capite eius: stultorum autem in finibus ter-
 ræ seu in calcaneo. Tertium amoris carnalis
 extatici signum, est siccitas oculorum seu lachry-
 marum carentia, nisi ex parte dilecti veniat fle-
 tus. Hinc nec damna rerum, neque mors pro-
 ximorum valent in taliter amorosis excutere
 lachrymas. Confortatur anima spiritaliter ex-
 tatica amorosa: propter nulla damna ad super-
 dilectum sponsum supernum non pertinentia
 contristatur: Sicut & Salomon loquitur.

Esa. 45
 Ibidem. 24
 Psalm. 72

Psalm. 76

Iob. 9

Eccle. 5

Prouer. 12. Non contristabit iustum quicquid ei acciderit. A deo quippe querit ac diligit tantique facie essentialiter bonū, vt alia paruipendat. Vnde & sanctus Iob grauissima passus, patiensque aduersa, patientissime dixit. Dominus dedit, dominus abstulit: sicut domino placuit, ita factū est sit nomen domini benedictum. Sic & de Tobias quoque describitur. Non est Tobias contristatus contra deum quod plaga cæcitatē eueniret: sed immobilis in dei timore permanens gratias agens deo omnibus diebus vitæ suæ. Non ergo pro rebus vilibus contristemur, non pro patuis ac transitorijs commoueamur. Iustus namque quasi fundamentum æternum. Quamuis signū ac opus amoris carnalis extatici, est profunda sollicitudo & cogitatio versa ad interiora, non vtique ad spiritalia aut diuina: sed magis ad vana & foeda fantasmatum intus recidit in quibus dilectam rem speculatur, atque carnalia imaginatur: ita vt taliter amorosus quasi dormientis imaginem gestare videatur, ad exteriora euigilare vix valens, nisi cum ei decemata sit verbum: eo quod tota sua cogitatio, intentio, & affectio fixa sit in amato. Consimili modo anima spiritaliter extatice amorosa tantum sollicita est et intēta circa secretissimum deum: vt ad verba mundana, inania, impertinentia, ad vanos rumores ac fabulas claudensensum & inuita talia audiat, dicens illud propheticum deo, Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: sed non vt lex tua. Si autem de Christo & pertinentibus ad salutem sit sermo: statim euigilat & aduertit: iuxta illud: Qui ex deo est, verba dei audit. Quintus effectus atque indicium amoris

amoris carnalis extatici est pulsus inordinatus. Taliter quippe amorosi pulsum habent aut nimis tardum aut valde velocem secundum diuersas apprehensiones, & affectiones de amato conceptas. Dum enim de eius adeptione desperant: tardum mox habent pulsum. Velocem vero quando de eo vicem reportare confidunt. Sic anima spiritualiter extatice amorosa pulsus id est affectiones, habet mirabiliter celeres ac veloces quando de sponsi sui adeptione confidit, quando ab ipso se visitari, impleri, consolari amplecti experitur, dum de eius gratiosa presentia iucundatur, aut de eius beatifica fructuone habenda quodammodo certificatur: quemadmodum ait Apostolus. Ipse spiritus testimonium perhibet spiritui nostro, quod filij dei sumus. Talem habuit pulsum internum sanctus qui dixit: Cor meum & caro mea exultauerunt in deum viuum: Et denuo, Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. At verodum anima ariditatem spiritus incidit, & solita alacritate ac consolatione priuatur, dum de beatitudinis adeptione grauitur anxietur, aut de reproborum numero esse veretur: tardum mox habet pulsum, dicens cum sancto Iob domino: Clamo ad te, & non exaudis me: esto, & non respicis me. Mutatus es mihi in crudelem: & in duritia manus tuæ aduersaris mihi. Sextum opus ac signum amoris carnalis extatici, est quod taliter a morosus videndo rem rei amatae consimilem: inflammatur, concutitur, aspicit, & quasi insanire videtur. Sic anima spiritualiter extatice amorosa deum in hac vita in seipso videre ac degustare non valens, dum eius bonitatem dul-

Roman. 8

Psal. 83

Psal. 118

Iob. 30

Y V cedinē

D. DION. CAR.

cedinem venustatem & excellentiam in suis
templatur ac gustat effectibus, atque in per-
batione quadam per genera speciem que
tam: protinus alienatur, concutitur, alteratur,
quasi insaniens videatur, imo ab inexper-
temerarijs insana ac fatua iudicetur, dum
ma sursum tendente ac corpus suum relinquit
corpus inclinatur seu varijs modis mouetur
casum minatur. Septimum signum amoris
nalis extatici est defectiua & truncata locutio
& modica allocutio cum dilecto dum praesens
est. Nam taliter amorosi in absentia concipiunt
multa: dum vero conueniunt, proferunt pauca
& eadem imperfecte. Si quidem magnitudo
ctionis verba abrumpit et mentem abloquitur
amplexum & oscula ruens. Sic anima spiritalis
amorosa extatice defectiuis atque truncata
tur sermonibus loquendo cum sponso
dum ait: Dilectus meus mihi, & ego illi;
bus ratio vba amoris debet supplere & explere
nare, quemadmodum eloquens Aaron
Moyfi in facundi.

Canti. 2.

Vnde cum loquitur spon-
sa, dilectus meus mihi, supplendum
est, gratiose se exhibet, & super
omnia mihi placet, estque
charissimus. Et ego il-
li: intenta sum, pla-
cere desidero,
viri populo,

Quod ad iam praedictam triplicem viam
ma reducuntur, q̄ passim a doctoribus
scriptitata.

Artic. XX;



Vam magnificata sunt opera tua *Psal. 103*
domine: omnia in sapientia fecisti.
Primo de coelo & mundo Aristote-
les ait. Per hunc quidem numerum (pu-
ta trinarum) adhibeamus nos ipsos
magnificare vnum deum eminentē

proprietatibus earum quae creata sunt. Quod ideo di-
xit Philosophus, quia in cunctis creatis apparet
perfectio quaedam in trinario: sicut in principio,
& medio, ac fine. Idcirco antiqui deum honoraue-
runt orationibus ac sacrificijs triplicatis: prout com-
mentarius ibi exponit: et Thomas super primū *Thomas*
Sententiarum allegat. Itaque numerus iste trinarus
perfectiōem & excellentiam quaedam importat ae-
que in creatis omnibus inuenitur, & in ipso crea-
turae consistit perfectio. Hinc superbēdictae tri-
nitatis vestigiū dicitur in omnibus relucere. In o-
mni namque creato quaedam est trinitas, praesertim
in entibus esse cōpletū habētibus. Vtpote essen-
tia, potentia, & operatio: seu esse, posse, & age-
re: principiū, mediū, & finis: actus, potentia, &
vtriusque cōnexio: seu quod est & quod est, & amborum
cōiunctio: modus species & ordo, seu numerus,
pōdus, mēsurā. Vnde per sapientē deo dicitur. *Sapient. 11*
Omnia in numero & pondere & mensura cōsti-
tuisti. *Psal. 103.* Rectissime ergo Psalmographus cecinit
creatori: Quae magnificata (.i. valde magnifice,
valde eminenter ac ordinate facta) sunt opera
tua. Nam omnia in sapientia fecisti. i. sapiētissi-
me. Cōformiter in rōnali creatura ad trinarium
quendam quasi omnia reducuntur etiā viae & exer-
citiā ac mediā quibus ad deum pertingit ad viā vi-
delicet purgatiuā, illuminatiuā, ac perfectiuam
seu vnitiuam. Nempe ad viam purgatiuam per-
tinet status incipientium, Ad illuminatiuam sta-
tus pro-

tus proficientium. Ad vnitivam status perfectiorum. Rursus ad purgativam pertinet status animalis. Ad illuminativam status rationalis. Ad perfectivam status spiritualis. Item ad purgativam pertinet principium reformationis rationis voluntatis atque memoriae. Ad illuminativam perfectus reformationis huiusmodi. Ad vnitivam reformationis eiusdem perfectio. Præterea complex sit veritas, scilicet veritas vitæ, veritas doctrinæ, veritasque iustitiæ. Ad purgativam pertinet veritas vitæ, ad illuminativam veritas doctrinæ, ad perfectivam veritas iustitiæ. Adhuc ad purgativam pertinent virtutes politicae, ad illuminativam virtutes purgatoriae, ad vnitivam virtutes purgati animi. Postremo ad purgativam pertinent servi fideles, ad illuminativam amici, ad perfectivam occulti filij. Potest dici, quod ad purgativam pertineant virtutes sensuales, præsertim ad sensitivum appetitum, quæ circa passionum refrenationem tractantur: ad illuminativam virtutes intellectuales, ad vnitivam virtutes theologicas, præsertim ad id quod dicitur: dum suum esse perfectum: & maxime charitatem.

Declaratio prædictorum: videlicet distinctio inter servos & mercenarios ac filios amicos occultosque filios.

Art. XXI.

Ioha. 15.



Iam non dicam vos servos, sed amicos: quia omnia quæcunque voluit a patre meo, nota feci vobis. Iam vba Christi, quibus inter servos & amicos distinguit: cum tñ omnes servi ac virtuosi sint servi ipsius. Abbas Cassianus mercenarios præfert sequi.

diuinissimus ille Iohannes Ruybroec mercena-
 rius seruos præponit. Iterum idem Iohannes oc-
 cultos filios præponit amicis. Cancellarius au-
 tem Pariensis amicos prætulit filijs. Consideran-
 dum est igitur qualiter ista distingui, intelligi, cõ-
 cordarique debeant. Ita que iuxta Cassianũ tri-
 plex est incitamentum seu motiuum vitãdi pec-
 cata, faciendique bona. Primum est timor suppli-
 cii, pura æternæ damnationis, aut certe tempo-
 ralis incommodi, aut tormenti. Et iste est timor
 seruilis pure, quem charitas excludit: dicente Io-
 hanne apostolo in prima sua Canonica. Timor
 non est in charitate, sed perfecta charitas foras
 mittit timorem, quoniam timor pœnam habet.
 Siquidẽ timor pure seruilis, et charitas simul esse
 prius nequeunt. Quoniam solum seruiliter ti-
 mens non diligit bonum virtutis, nec dei intuitu
 ac amore deserit vitiũ, agitue bonum: sed ex sui-
 ipsius amore priuato: ne scilicet patiatur q̄ hor-
 ret ac grauat. Ex quo quidem amore reciproco,
 improbro, & reflexo seruilis scaturit timor, cum
 ex eadem procedat radice appetere & amare
 proprium bonum: & fugere ac timere malũ con-
 trarium. Idcirco qui solum seruiliter timet, semet
 ipsum plus amat quam deum, nec in deo, sed in
 bono creato caduco sibi constituit finem. Ideo in
 mortali est culpa damnationisq̄ statu. Hinc ma-
 gni doctores, videlicet Alexander de Halis, &
 Guilielmus antisiodi in suis asserunt sumnis, qđ
 quis posset pro fide pati martyrium, & tñ dam-
 nari, videlicet si ex solo seruili id ferat timore.
 Nec mirum, cum & apostolus fateatur: Si tradi-
 dero corpus meum ita vt ardeam: id est pro fide
 igne comburam, charitatem autem non habeam,
 nihil

1. Iohan. 4

Alexan.
 de Halis
 Guilhel.
 antisiodi.

1. Cor. 13.

nihil mihi prodest. Nepe quamuis timor
 vitet culpam, & faciat bonum ex genere: nullum
 tamen horum facit bene & sicut oportet: pura
 et intentione & ex bona ac viua radice. Alius
 vero est timor initialis, quo quis vitat peccatum,
 facitque bonum, partim timore supplicii,
 partim amore dei ac praemij. Et hic timor est
 bonus, quauis sit imperfectus. Tertius est timor
 malus qui est fuga offensae dei, vitans culpam &
 sciens bonum ne deus offendatur ac deleat bonum
 nem. Sicque timor iste ex charitate procedit
 secundum incitamentum mala vitandi ac boni
 agendi est spes seu desiderium praemij. Tertius
 est amor dei, affectus boni honesti, ac zelus
 iustitiae. Itaque eos qui ex seruilis timore fugiunt
 ac faciunt bonum, Cassianus vocat seruos
 Iohan. 8 rum a seruitute, scilicet seruilis timoris. Iuxta
 sensum ait saluator. Seruus non manet in domo
 aeternum: filius autem manet in aeternum. Porro
 Cassianus cenarios nominat Cassianus eos qui deo
 Psal. 118 uiuunt intuitu praemij speque mercedis: iuxta
 Inclinaui cor meum ad faciendas iustitias carnis
 tuas in aeternum, propter retributionem. Nec
 quidem: sed simul etiam ex amore dei & iustitiae,
 ut ibi dicemus. Eos autem qui ex amore
 pro deo ministrant, vocat Cassianus amicos
 alios: inter quos non distinguit, sicut nec factum
 Io. Ruys. ptura. Praeterea diuus ille Iohannes Ruysius
 aliam habuit considerationem. Nam seruos
 cauit qui diuina praeccepta ex charitate obliuiscunt
 mortalia declinantes peccata, & opera vitiosa
 actiua (videlicet actus misericordiae) exercunt
 nondum tamen ad contemplatiue vitae sapientiam
 euangelicorumque obseruantiam consilio

dantes, Et isti sunt serui seruitute timoris initia-
 lis, partimq; filialis. Iuxta quē modum Christus
 in euāgelio loquit. Euge serue bone & fidelis, in
 tra in gaudiū dñi tui. Viri q; perfecti & sancti *Matt. 23*
 in patria serui dei vocantē seruitute filialis ac ca-
 sti timoris: qui etiā in patria perseuerat. Vnde in *Apo. ult.*
 Apocalyp. legit. Serui dei seruiēt illi: & videbūt
 faciē eius: & regnabunt in sc̄a sc̄lorum: imo sic
 Christus p̄rout hō, seruus dei in scripturis vocat. *Esai. 42.*
 De q; deus pater per Isaiā testat. Ecce seruus me-
 us: suscipiam illū: electus meus, cōplacuit sibi in *Esai. 43*
 illo, anima mea. Et rursus. In scientia sua iustifica-
 bit ipse seruus meus multos, & p̄ctā illorū porta-
 bit. Porro mercenarios vocat noster Ruyproec,
 q; deo ministrant principaliter intuitu desiderio-
 q; mercedis. Ideo in charitate & gratia nō sunt:
 qm̄ deo ex charitate et amore boni honorisq; dei
 principaliter obseq; ē necesse: vt deus sit finis, nō
 ipsemet operās seu propriū bonū. Amicos demū
 appellat idē eos, q; nō solū ex charitate obseruāt
 p̄cepta & opera pietatis exercēt: sed contēpla-
 tioni q; insistent, interna ac amorosa adhæsione
 dño coherentes, atq; ad spiritalē saporē se exten-
 dētes, & etiā euangelica obseruantes cōsilia: Ve-
 rūtū nondū plene nudi effecti sūt seu ab omī pro-
 prietate (.i. cōuersione ad seipsos ac spiritalia do-
 na) nudati: q; ad cōsolationē internā, deuotionē
 sensibilem, dulcem adhæsionem plus aspirant et
 afficiuntur, quam admittit perfectio. Vnde
 cum talia eis assunt alacres sunt. Pusillanimes
 vero si talia desint. Idcirco nondum perfecte
 sibiipsis sunt mortui, nec syncerissime integer-
 rimeque ad deum conuersi. Hos ergo appellat fi-
 deles dei amicos. Occultos autem dei filios vo-
 cat

cat, qui prædictis omnibus moriuntur, & a se-
 ipfis seu reflexione ad dona præfat a nudati sunt,
 atque ad deum plenissime versi: eum dumtaxat
 non dona ipsius aspicientes, quærentes, penita-
 tes: nisi forte in quantum per ea deum valeant
 honorare, ac adipisci quod aliter nequeunt. Huius
 isti deo potissimum placent: & visitantur, imple-
 tur, rapiuntur, ac summe beatificantur ab ipso
 qui siue sensibilem deuotionem & consolatio-
 nem internam experiantur, siue non: æqualiter ac-
 cipiant animo, ac deo cohærent non aliud quam
 ipsius honorificentiam, gloriam, complacentiam
 ac vniõnem, sincerissimumque amorem optantes.

De triplici gradu reformationis interæ,

Art. X X I I



Ephesio. 4

Renouamini spiritu mentis vestre,
 induite nouum hominem qui secundum
 deum creatus est. Cum in
 bus supremis animæ viribus (scilicet
 licet intellectu, memoria, voluntate)
 attendatur summæ & increate
 nitatis imago in anima rationali, modicum
 harum reformationibus virium est tangendum.
 Itaque initium reformationis intellectus sepa-
 rationis, est per fidei veritatem, & sacra scriptura
 doctrinam, & per ecclesiæ documenta ab erroribus
 & ignorantia salutis contrariis expurganda
 & necessariorum ad salutem agnitionem ad
 sci. Porro profectus reformationis, est ex illu-
 mine diuina rationes credibilium per donum
 intellectus conspicerè, & in scripturis de super
 diri, atque in summæ veritatis noticia salutari
 sumere incrementum: quemadmodum ad Co-
 lossenses ait Apostolus, Postulamus vt impleamini

Colo. iij.

mini agnitione voluntatis dei in omni sapientia
 & intellectu spiritali: vt ambuletis digne Deo,
 semper crescentes in scientia dei. Quāuis etenim
 fides Christiana sit penitus supra rationem & de
 incomprehensibilibus rebus: nihilominus mens
 sincera diuinitus illustrata, nexum, rōnes, ac or-
 dinem credendorum intelligens, cernit nihil rati-
 onabilius esse fide catholica, dum omnia com-
 portantur. Perfectio autem reformationis ratio-
 nis, est per mentis excessum supra se rapi, & non
 per argumenta ratiocinationum, nec per corpo-
 reas anigmata similitudinum: sed pura & ana-
 gogica intelligentia altissimum contemplari: iu-
 xta illud apostoli, Nos autem reuelata facie glo-
 riam domini specularantes, in eandem imaginem
 transformamur a claritate in claritatem. Præte-
 rea initium reformationis voluntatis, est vitijs re-
 luctari, & eam diuinorum rectitudini prærepto-
 rum subiicere, nec passionibus subiacere, sed præ-
 ualere. Profectus vero huius reformationis est
 sensitiuas affectiones habere voluntati subie-
 ctas: & cūcta volūtatis desideria habere in de-
 adunata ac ordinata. Perfectio autem reforma-
 tionis istius, est vnum esse cum deo in spiritu per
 amorem: vt iam aut non aut vix possit velle nisi
 si deum & quæ ei sunt placita, vt inauertibilis sit
 ab eo. Quod confirmatis in bono potissimū con-
 uenit, & viris perfectis nō nihil cōpetit, qui cum
 ap̄to dicere hñt, Certus sum quia neq̄ mors, neq̄
 vita, nec aliqua cre. &c. Insuper initium reformati-
 onis memoriæ intellectualis, est eam a suis distra-
 ctionibus ad dei commemorationē orādo, legen-
 do, meditādo reducere. Profectus reformationis
 memoriæ, est in ipsis orōnibus, lectionib, ac medi-

Z ratio

rationibus mētem in deo fixam sine importuna
euagatione tenere, atq; in latitudine cordis cum
deo deambulare. Perfectio autē memoriæ, est
in deo esse absorptum: vt sui ipsius carerēq; o
mniū obliuiscatur, atq; in deo absq; volubili
cogitationum imaginationūq; strepitu dulci
congescat. Ecce ad hæc ordināda ac foreiter
sequenda sunt omnia exercitia nostra bona.

De v̄itate atque multiplici v̄itatis distinc
tione: p̄sertim de triplici veritate ad triplicē
præhabitiā pertinente.

Art. XXIII.

Roman. 3.



Phūs,

ST autem deus verus: omnis v̄itas
in deo, quāto magis veritas. Il
sus ens & verum conuertibile
dicente Philosopho: Sicut se habet
res ad esse, ita ad veritatem.

Hierony

Auicen.

deus verus & veritas ipsa. Primo, cū habet
summe ratum, perfectum, incommutabile, im
forme ac solidum. Propter quod ait S. Hierony
Solutus deus vere est, cuius essentiæ comparati
strum esse, non est. Auicenna octauo methaph
sux affirmat, Quicquid necesse est esse, v̄itas
Secundo, qm̄ esse diuinū est purū ac impermixtū
nihil de nō eē, nihil de vanitate aut falsitate
admixtū. Quod nulli creato cōpetit enī. Tertio
qm̄ deus p̄ suā essentiā oñdit q̄ est. Quarto, qm̄
eā suo intellectui est cōformis. Quinto, qm̄ v̄itas
ritatis creatæ, est cā fontana. Insuper in intellectu
diuino est veritas: quia diuinā essentiā et alia
intelligit sicut sunt: estque institutor, mēsurā, ac
gula oīs veritatis creatæ. Rebus vero creatis
petit veritas p̄ comparationē ad intellectū diu
num.

num, in quod conformantur rationi ideali quam habent in mente aeterna ac sortiuntur naturam quam deus creator ipsi praestitit atque largitus est. Unde Richardus de media villa super primum sententiarum distinctione octava testatur, quod veritas consistit in conformitate rei ad suum exemplar. Est itaque multiplex veritatis diuisio. Prima, quod alia est veritas creata, alia increata. Secunda, quod veritas increata ponitur duplex, videlicet veritas diuinæ essentiae, & veritas intellectus diuini. Quae duae veritates realiter idem sunt, sola ratione distinctae. Iterum quamuis veritas conueniat deo absolute, & tribus superbis dictis personis communis sit, imo omnes tres vna sint veritas sicut & vna essentia: nihilominus veritas filio appropriatur, quemadmodum charitas spiritui sancto, eo quod filius sit emanatio intellectus, ad quem pertinet veritas: sicut spiritus sanctus emanatio est voluntatis, ad quem pertinet charitas. Hinc ars, veritas, sapientia, ratio idealis, exemplar, pulchritudo, species filio attribuantur. Itaque iuxta hoc veritas increata adhuc duplex asseritur, sicut & sapientia increata, ut puta genita, scilicet filius: atque ingenita, quae est diuina essentia. Insuper veritas creata est multiplex: videlicet veritas entis, & veritas propositionis, ac veritas signi, et veritas ostensionis. Interdum quoque accipitur veritas pro virtute morali ad iustitiam pertinenti, per quam veritatem homo ita se habet in factis, sicut promisit et dixit. Est itaque quae tripartita diuisio veritatis, videlicet veritatis vitae, doctrinae & iusticiae. Unde iam aliqua tangam. Praeterea sicut uerum tripliciter dicitur, ita & verum sibi oppositum. Primo siquidem dicitur

Z n̄ verum

verum prout cum ente conuertitur. Et sic omne ens dicitur verum. Vnde Daniel, Omnia aut opera dei vera sunt. Sicque vanum vero huic oppositum dicitur non ens ut chemera. Secundo dicitur verum prout ultra hanc veritatem seu veritatem entitatem addit ordinem ad operationem actionem, quemadmodum dicitur verus ignis, qui habet operationem igni conuenientem; & verus homo, qui vtitur ratione. Sicque vanum huic vero oppositum dicitur per priuationem ordinationis in finem. Et ita abusiones & iniquitates sunt vanae. Tertio dicitur verum, prout addit super veritatem rei impermixtionem & omnimodam impotentiam ad non esse. Et sic dicitur verum esse habere quod habet omnino inuariabile esse: scilicet deus, qui teste apostolo solus habet immortalitatem id est omnimodam inuariabilitatem. Sicque verum huic vero contrarium dicitur, quod habet commutabile esse. Et ita omnis creatura vanitati subiecta est. Quae vanitas est distantia ac deficientia a vero & incommutabili esse. Hinc apud Ecclesiast. legitur, Omnia subiacent vanitati. Et apostolus, Vanitati, inquit, creatura subiecta est. Omnis namque creatura ex se habet deficere, ac dependere a deo: sine cuius sustentatione nec ad momentum posset subsistere. Propter quod Plato in primo Timei deum inducit loquentem, O dii deorum, quorum pater & opifex ego, natura quidem corruptibiles estis: mea autem voluntate incorruptibiles permanetis. Idcirco in primo metaphisicae suae loquitur Auicenna. Quicquid est praeter necesse esse (id est praeter incommutabile deum) in se falsum est (id est vanum ac defectuum indigens ac dependens) Hinc etiam in Iob habetur

1. Timo. 6

Eccle. 5

Roma, 8

Plato.

Auicenna

tur. Ecce qui seruiunt deo non sunt stabiles: & in *Iob. 4.*

angelis suis reperit prauitatem. Denique iuxta *Thomas .*

Thomam, est quadruplex veritas: quarum posterior a priori dependet. Videlicet veritas prima, veritas rei, veritas intellectus eōti rem ap-

pendentis, & veritas signi seu propositionis. Porro Petrus de Tharento super primum sententiarum scribit, quod veritas vno modo opponit falsitati. Et sic veritas essentiae non est propria deo. *Petr. Tharen.*

Alio modo opponitur permixtioni: quemadmodum dicitur verum aurum, cui nil alieni metalli est mixtum. Et sic veritas esse atque essentia deo est propria: quoniam nil privationis aut defectus diuino esse miscetur. Omni vero enti creato multiplex non entitas est admixta per negationem multiplicis gradus entitatis ab eo. Hinc veritas creaturae non est pura neque perfecta. Postremo veritas vitae est vita seu conuersatio vitalisue actio secundum diuinæ legis rectitudinem regulata seu iuxta diuinorum tenorem præceptorum exhibita ac directa. Cōsistit namque veritas vitae in hoc quod rationalis creatura actiones suas conformat diuinæ mentis iudicio, operando secundum censuram ac iussu regulæ mentis æternæ: agens quæ approbat deus, & vitans ac reprobans quæ reprobatur ille. De qua veritate ait saluator. *Iohan. 3.*

Omnis qui facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestentur opera eius, quia in deo sunt facta. Et apostolus. *1. Timo. 6.*

Diuitibus præcipe non sublimè sapere nec sperare in incerto diuitiarum: sed diuites fieri in operibus bonis; ut apprehendant veram vitam.

Per Isaiam quæ loquitur deus. Dabo opus eorum in veritate. *Isai. 61.*

Hæc veritas fictionem & simulationem excludit: ut sit homo in vita sua syncerus, non simulator et

Z iij callidus.

DE FONTE LVC.

callidus. Veritas autem doctrinæ est ipsa doctrina diuinæ & increatæ veritatis ac sapientiæ conformata: vtpote expers erroris. De qua scribit apostolus. Licet nos aut angelus de celo euangelizet vobis præter id quod euangelizauimus vobis anathema sit. Veritas veræ iusticiæ dupliciter dicitur. Primo prout ipsa iusticia est quædam recitatio, secundo prout quæ ex iusticiæ zelo veritatem fatetur: sicut fit in iudicij foro. Hinc quidam sic dicunt. Veritas consistit in hoc: vt homo in dictis & factis suis rectitudinē diuinæ legis ac sapientiæ conformetur, illamque imitetur, cui se habet conformare debet. Primo in his quæ ad cognitionem pertinent: quod spectat ad veritatem doctrinæ. Secundo in his quæ per se ipsum agere debet: quod ad veritatem pertinet vitæ. Tertio in his quæ debet circa alios obseruare aut obseruanda promittere: quod ad veritatem iusticiæ certum est pertinere. De hac triplici veritate dixerunt aduersarij veritatis Christo: Magister scimus quia verax es (ecce veritas vitæ) & viam dei in veritate doces (ecce veritas doctrinæ) & non est tibi cura de aliis (ecce veritas iusticiæ)

Matt. 22.

Quod deus est prima actualissima opulentiissima ac beatissima vita: & de multiplicitate vitæ distinctione: specialiter de triplici vita.

Psal. 37.



Art. XXIII.

Pud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Cū esse diuinū tanquam pelagus quoddam omnē essentiarum plenitudinē, nobilitatē, excellentiāque contineat & includat: certū quod

esse dei sit esse viuum ac intellectuale. Quumq̄
 deus sit vere atq̄ in fine totius simplicitatis peni-
 tus simplicissimus, in quo (sicut in libro de cau-
 sis probatur) nullorū cōpositio est modorū: eluce-
 scit q̄ ipse sic per se ac essentialiter viuens ipsaq̄
 actualissima vita: imo in ipso prorsus sunt idē eē
 viuere intelligere, & amare. Insuper cū superglo-
 riosissimus deus (prout duodecimo primæ philo-
 sophiæ Aristoteles demonstrauit) sit purus actus
 cuius est omnia alia transmutare, mouere, perfici-
 cere, atq̄ a nullo mutari, moueri, aut perfici: pa-
 lā est q̄ fontalis plenitudo viuendi, ac superditissi-
 ma possessio vitæ ei conueniat. Denique in rebus
 creatis viuere perhibentur q̄ mouent seipsas ad
 actū. Cū itaq̄ superprestatissimus deus, seipsum
 liberrime iuxta sapientiæ suæ censurā ac operis
 sui rationem exemplarem ac idealem ad omnē
 quam in creaturis efficit operationem inducit,
 clarissima est quod ipse verissime viuere affir-
 metur, præsertim cum ipse sit iuxta philosophos
 intellectus vniuersaliter agens, in quo omnia
 intellectualiter idealiterque consistunt. quem
 admodum & Iohannes primo cap. asserit. Quod
 factum est (omnis certe creata essentia) in ipso
 vita erat: id est vitaliter ac exemplariter & sapi-
 entialiter fuit in deo. Hinc ipse apud Iohann. 6.
 vnginitus dei filius testatur, Sicut habet pater
 vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam ha-
 bere in semetipso. Et princeps quoque apostolo-
 rum dixit ad saluatorem. Tu es CHRISTVS
 filius dei viui. Opulentissima ergo & prorsus
 nobilissima ac delitiosissima est vita entis altissi-
 mi dei sublimis & bñdicti. q̄ ipsa v̄itas prima

Aristote

Matth. 16.

Z iij sapi

D. DIONYSI CARTHAGINENSIS.

Sapientia infinita, voluntas liberrima, charitas
sempiterna, mens supersanctissima incompre-
hensibiliter incircumscriptibiliterque perfecta. In
que beatissima est vita ipsius, in quo omnis per-
fectio tam infinite ac simplicissime est consistens,
cum felicitas dicatur status omnium bonorum
aggregatione perfectus. Nonne superbeatissi-
mus ac superuoluptuosissimus est dominus deus
noster, qui intuendo seipsum conspicit se omnibus
interminabiliter preeminere, omnia incompara-
biliter prorsus transcendere, a nullo penitus de-
pendere, nulliusque indigere, cuius cetera crea-
tura sic indigent: ut absque ipsius conseruatione
que imperio nec ad punctum possint durare, &
videt se esse bonitatem immensam, omnipoten-
tem virtutem, supersanctissimam mentem, uni-
uersorum fontale principium, in quo est omnium
bonorum, omniumque pulchrorum ac delecta-
bilium infinita possessio. Contemplatur
esse pulchritudinis infinitae, suauitatis ac gloriae
illimitatae, videt quod suae dignitatis autoritas
que clementiae, suae libertatis ac opulentiae,
securitatis, aeternitatis, iustitiae atque praerogati-
uae nullus sit finis, nulla mensura, nullum obsta-
culum: & quod ipse sit summus iudex ac rex uni-
uersorum in cuius ditione cuncta sunt posita, in
cuius manu est saluare & condemnare. Rite er-
go beatissimus praedicatur, qui pro felicitate con-
templatiua habet suipsius ac omnium perfectam
entiam: pro beatitudine actiua totius mundi gubernationem liberrimam: pro felicitate quae terrena actiua
sa, quae in diuitijs voluptate potestate & fama,
honore ac laude exquiritur, habet pro diuitijs in
seipso perfectionem, opulentiamque immensam
ac vtilis

ac vniuersorum dominantissimam possessionē,
 pro potestate omnipotentiam, pro voluptate,
 de seipso in se infinitam lætitiā, & de suis effe- *Psalm. 143*
 ctibus gaudium, iuxta illud. Sit gloria domini
 in seculum: lætabitur dominus in operibus suis,
 Pro fama, omnium intellectualium creaturarū
 admirationem: pro laude iugem triumphantis
 ac militantis ecclesiæ collaudatiōem, pro hono-
 re patriæ cultum ab omni consortio deuotorum.
 Præterea a præfata actualissima vita dei proflu-
 it omnis vita creata, vita naturæ, vita gratiæ,
 vita q̄ gloriæ. Vita autem naturæ in vegetati-
 uam sensitiuam secundum locum motiuam, rati-
 onem seu discursiuam ac intellectuam partitur
 Vita vero gratiæ appellatur quæuis actio vir-
 tuosa procedens a gratia: seu conuersatio bona,
 aut ipse habitus gratiæ gratificantis, aut certe
 primus interior & elicitus actus ipsius: quæ est
 habentem deo facere gratum acceptum spirita-
 literq̄ viuentem, vel quæcunq̄ virtus charitate
 formata, seu charitas ipsa: quæ vita animæ nun-
 cupatur. Postremo vita gloriæ est beatitudo æ-
 terna, aut lumen gloriæ ad beatificam dei visio-
 nem mentes beatorum disponens, seu actio quæ
 libet ciuū supernorum iucunda ac gloriosa.

De bonis industrijs quibus ad incrementum
 virtutum, ad perfectionem cōtēplationis
 q̄ gratiam peruenitur.

Art. XXV.



Quoniam quæris dñm deum tuum, inue- *Deut. 4*
 nies eum: si tamen toto corde quæris
 eum, & tota tribulatione animæ *Greg.*
 tuæ. Vt sanctus ait Greg. Ars arti-
 um est regimē animarum. Sic itidē
 Z V scien-

D. DIONYS. CARTH.

Scientia sciētia reuera dici p̄t, deo seruire in y-
 tutibus crescere, tētationibus prauale, non defi-
 cere, neq; tepescere a bono incepto: sed digne ac
 strenue perseuerare in eo, sicq; ad perfectionē ac
 brauium supernæ uocationis pertingere. Itaque
 ad hæc peragenda indigemus multis laboribus
 multis industrijs, diligentia grandi, discretiōe in-
 genti. Quis etenim deus liberrimus (cui licet fa-
 cere q̄cqd vult) quosdam misericordissime etiā
 dum prauitatibus suis intēti sunt praueniat, tan-
 gat, conuertat: regulariter tñ & generaliter lo-
 quendo, oportet vt hō ad dona gr̄æ dei se præ-
 pararet, q̄d in se est faciendo. Hinc etenim in Zac-
 charia legitur. Conuertimini ad me: & con-
 uertar ad nos: dicit dominus. Iacobus quoque

Zacha. 3.
 Iacob. 4.

Apostolus. Appropinquate, inquit, deo,
 & appropinquabit vobis. Nunc ergo breuiter
 aliqua sunt tangenda ad proficiendum accom-
 moda satisque necessaria. Primum, est frequens
 & intenta oratio. Cum enim tota sufficientiā
 fra ex deo sit, sine quo nil boni valemus: oportet
 vt dei auxilium iugiter ac feruide inuocem, sicut
 cum Psalmista dicentes: Deus in adiutorium me-
 um intende, domine ad adiuuandum me festina
 aut verba similia. Hinc in euangelio ait salu-
 ator. Oportet semper orare, & non deficere. De-
 que ad istud etiam pertinet propriam imperio-
 ctionem, fragilitatem ac defectuositatem pen-
 sere, de se nihil presumere, totam in deo spem po-
 nere: qui per Osee loquitur. Perditio tua ex te est
 me tantum modo auxilium tuum. Secundum
 ē propriam vitam quotidie vigilanter discutere,
 seque coram deo cordialiter accusare, profunde
 humiliare, petere veniam, atque proponere emen-
 dationem.

Psal. 69

Osee. 13.

Eccle. 35.

dationem: Nam sicut in Ecclesiastico fertur. Ora-
 tio humiliantis se nubes penetrabit. Et Psalmi-
 sta loquens de deo. Respexit, ait, orationem hu- Psal. 101.
 milium: & non spreuit precem eorum. Itemque, Psal. 50
 Sacrificium deo spiritus contribulatus. Terti-
 um, est omnipotentis dei presentiam omnia in- Psal. 118.
 tuentem sapienter perpendere: sicque coram deo Boetius.
 de foeditate peccati, rubore perfundi. Ideo dixit
 propheta ad dominum. Seruauit mandata tua
 & testimonia tua: quia omnes viae meae in con-
 spectu tuo. Et ut ait Boetius, magna nobis est in-
 dicta necessitas bene agendi: quoniam ante oculo-
 rum cuncta cernentis iudicis omnia agimus.
 Quartum, est diuini rigorem iudicij, & acerbita-
 tem infernalis incendij profunde considerare, im-
 mensitatem quoque felicitatis iustorum, sed &
 breuitatem atque incertitudinem vitae praesen-
 tis, mortis horrorem, futuri seculi perpetuita-
 tem: Propter quod scriptum est. Memorare nouis-
 sima tua, & in aeternum non peccabis. Quin-
 tum, est occasiones peccandi vitare, praesertim Psal. 17.
 praua consortia: cum dicat scriptura, Cum per- Ecclesi. 17.
 uerso peruereris. Et: Qui tetigerit picem: inqu-
 nabitur. Sextum, est dominicam passionem
 iuxta modum praehabitu frequenter recollere.
 Septimum, est diligens cordis custodia. Quod ut
 valeat efficaciter custodiri: necesse est linguam
 a prauiloquijs refrenare, ventrem a crapula
 coercere, & sensus exteriores reprimere: ne quis
 incaute ac libidinose intueatur quemquam, nec
 illicita audiat verba: si possit euadere. Quod si
 nequit: audiat moesta facie & inuite, cum Salo-
 mon contestetur, Per tristitia vultus contrigitur
 animus

D. DION. CART.

animus delinquentis. Inordinatū vero attactum oportet penitus deuitare. Præterea ad proficiendum assignantur laudabiles quædam industriae. Prima est, per corporis situationem ad deuotionem se prouocare: vt se prosternendo in terram, aut genua flectendo, aut pectus tundendo. Veruntamen in aliorum præsentia nihil singularitatis in talibus est agendum. Secunda est, secretum quietumq; locum captare, in quo homo cor suum coram deo confidenter effundat, & sine aliorum ingratatione, meditationi vacet & orationi. Vnde, vt ait euangelista, Christus ascendit in montem solus orare. Et ipsemet docet, Quā oraueris, intra cubiculum: & clauso super te ostio, oratorem tuum in abscondito. Hinc quoque passim sua instante a tribus etiam prædilectis familiarissimisque discipulis est auulsus, vt separatus crederet: non utiq; ob indigentiam suam, sed ad notam instructionem. Tertia, est tempus magis accommodum obseruare. Tēpus quippe nocturnum ad vacandum deuotioni magis est aptum. Hinc monet propheta, Cōsurge, lauda in nocte in principio vigiliarum, & effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum domini dei tui. Leua ad eum manus tuas, & miserebitur tui. Tempus quoque diluculi dum sensus sunt sobrii, aptum est. Propter quod ait Sapiens, Iustus cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad dñm. Esaias uero vtrunq; hoc tempus tetigit, dicens: Anima mea desiderauit te deus in nocte. De mane vigilabo ad te. Nilominus actus & orationes, quibus certa præfixa sunt tempora, præordinatis sunt horis solueda. Quarta, est sanctorum inuocare suffragia, præsertim virginis gloriosæ, ac proprii angeli. Idcirco

to monet Iob, Ad aliquem sanctorum conuerte
 re. Sexta, est in cunctis discrete procedere: quate-
 nus iuxta apostolicum documentum, Omnia se-
 cundum ordinem fiant atq; decenter. Hinc san-
 ctus pater Anthon. discretionem oim virtutum
 asseruit maxime necessariam & opportunam.
 Ipsa nanq; est uirtutum autiga, modum mediū-
 que obseruans, ac regia via incedens. Idcirco di-
 xit Apostolus, Rationabile obsequium uestrum.
 Septima, est naturalem siue inolitam dispositio-
 nem bene aduertere, & contra vitia ad quæ q̄
 procliuior est singulariter præliari, atq; uitiorum
 amputare radicem. Octaua, vt propriam p̄set
 uocationē: & iuxta illius exigentiam digne deo
 studeat ambulare: ea quoq; quæ deus primo ac
 principalius a se requirit, sollicitius adimplere.
 Hinc nanq; hortatur apostolus, Obsecro vos in
 domino, vt digne ambuletis uocatione qua vo-
 cati estis, cum omni humilitate & mansuetudi-
 ne & patientia, supportantes inuicem in charita-
 te, solliciti seruare vnitatē spiritus in vinculo pa-
 cis. Vnde & in Ecclesiastico dicitur. Quæ præ-
 cepit tibi deus, illa cogita semper: & in pluribus
 operibus eius ne fueris curiosus. Nona est,
 vt cunctis misericordiam pro posse, promptissi-
 mo exhibeat animo, quatenus ita sibi fiat a deo
 iuxta quod ait Saluator, Beati misericordes: qm̄
 ipsi misericordiā consequentur: & breuiter sic pro-
 ximis faciat, prout sibi a dño fieri oprat. Hinc
 quippe docet Tob. Noli auertere faciem tuam
 ab vilo paupere. Ira enim fiet, vt nec a te auerta
 tur facies domini. Decima est, vt deo semper cu-
 piat complacere: atq; ad ipsum assuescat cor v-
 biq; & semper, vel saltem omnino frequenter le-
 uare,

Iob. 9.
 1. Cor. 14
 Anthon.
 Rom. 12
 Ephesi. 4
 Eccl. 3.
 Mat. 5.
 Tob. iiii.

Psalm. 50. **tiare.** Ad q̄d peragendū breuib. ac internis
 tur orationibus, dicens: Cor mundum crea in me
 deus: aut aliquid simile: & aspirando ad dei
 verba affectuosa huiusmodi. O dulcissime deus
 quando te totis præcordijs diligam? Quando
 amorose astringam? Qñ tuo accendar amor?
 Quando tibi stabiliter inhærebo? Undecima
 id ad quod omnia exercitia sua ordinantur
 ti suæ proponat ac imprimat: & quoties se ab
 lo elongatum, lapsum, distractum sentit, mor
 leat: atq; ad illud mētis reflectat intuitum. Hoc
 autem est actualis vnio mentis cum deo. Sep
 ritas cordis. Duodecima, vt bona ac solita ex
 citia sua deuotionalia nō cesset continuare, in
 sensibilem experiatur deuotionem & alacritate
 tem, siue non: imo plus insistat vitiorum derel
 tioni, & prōpitudine mentis ad ea quæ sunt
 tus ac honorificentia dei, q̄ deuotioni ac deu
 experimentalī atq; sensibili: & toto affectu, deu
 tioneque purissima ad deum aspiret, ipsum
 viribus veneretur, & ab omnibus cupiat vici
 ri, pro omnibus intercedat viuis ac mortuis
 cialiter pro propinquis, commissis, ac benedi
 ribus: potissimum pro bono communi, atq; p
 rentibus. Omne deniq; tēporis spacium
 ac momentum studeat fructuose ex
 pendere, ad laudem & glori
 am omnipotentis, qui
 est super omnia de
 us sublimis &
 benedictus.
 Amen.

FINIS.